Et nō inuenieť vltra in eā vox leticie ſaracenoꝝ. qꝛ nō ꝑmittē
tur aliqua leto habere. ſicut fuit factū ſub Gotfrido. Et xp̄ia
ni deponēt ꝑpetuo officiales et dn̄os qui vtunť muſicis. cytha
ra. tibia. muſica. et tuba. Silr̄ nō ꝑmittenť exercere alia libe-
rorū opera. Et ita nō inuenieť in ea amplius artifex ſaracenꝰ
Et nō ꝑmittēt xp̄iani ꝙ habeāt templa. in quibꝫ mola eorum
ſiue ſacerdos ad modū mole circūuoluať vociferās noctu vt
coeant et mľtiplicēt ꝓpl'm maumethi. Nec ꝙ accendāt lucer-
nas in templis vt mō faciūt. qꝛ xp̄iani nedū nomē maumethi
ſed religionē extirpabūt de locis illis ac memoriā delebunt.
Silr̄ ſponſi et ſponſe nō audienť. qꝛ in hijs locis nō ꝑmittent
ſaracenos cōtrahere. Si vero queris cauſam tam ſubite de-
ſtructōis. r̄ndit dicēs. Quia principes ſaraceni erāt mercato-
res xp̄ianoꝝ. et cōra ius eos vendebāt ⁊ emebāt. Itē qꝛ oēs
ſaracenice gētes errauerūt in veneficijs ⁊ erroribꝫ egypti ſiue
ſoldani qui eſt papa eoꝝ. Poſtremo ſoldanus incitat ſarace-
nos cōtra xp̄ianos. Et ideo in egypto principaliter inuēta eſt
cauſa ſanguinis ꝓphetaꝝ ſiue doctoꝝ ⁊ ſcto̅ꝝ xp̄ianoꝝ qui in-
terfecti fuerūt. Qui ſcd̄m iohannē cōtinue clamāt. Uindica
ſanguinē nr̄m deus noſter. hijs reſponſum eſt. Adhuc expecta
te modicū tp̄s donec ſub vltima plaga impleať numerus fra-
trum xp̄ianoꝝ p̄deſtinatꝰ. Et qꝛ nūc impleť ſub vltima plaga
Ergo ſequiť ſanguinis totius xp̄ianitatis diuina vlcio vt im-
pleatur ꝓmiſſio xp̄iani et vniuerſalis imperij deuicta beſtia.

Capitulū xix. ꝙ egyptus et arabia cū mecha ⁊
oſſibus maledicti maumethi capienda ſunt a
chriſtianis. Et eccleſia omnis reunienda.

Oſt hec audiui ⁊c̄. Pro expoſicōe capituli p̄mittēda
ſunt aliqua. Primū eſt ſcd̄m Nicolaū de lira ꝙ hoc
capitulū non poteſt intelligi de balduino ſucceſſore

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0052

Gotfridi vt quidã exponũt. Ratio eſt. qꝛ homo purus nõ eſt verbũ dei. Sed capitaneus huiꝰ milicie eſt verbũ dei. vt dicit̃ in littera. Unde nõ poteſt intelligi de Balduino. Hic bene dicit. ꝙ nõ intelligit̃ de Balduino. Non tñ ratio dicta cõuincit qꝛ licet hoĩes nõ dicant̃ in ſcriptura deus et verbũ eſſencialiter. dicunt̃ tñ nuncupatiue in quantũ ſunt deputati ad opera diuina. Unde exodi vij. capitulo. dixit deus ad moyſen. Ego dedi te deũ pharaoni. Et ſilr̃ in hoc capitulo. Princeps future huiꝰ victorie magne dicit̃ verbũ dei. et rex regũ nũcupatiue. qꝛ deputabit̃ ad opus verbũ dei. et reſtitutionẽ manarchie ipſius. et in iſto relucebit efficatius hoc opus ꝙ̃ in p̃cedẽtibꝫ principibꝫ. Ratio vero que cõuincit. ꝙ nõ intelligat̃ de Balduino eſt. qꝛ vt ipſe poſt dicit om̃es illi fuerũt ante vltimã plagam europe. Hec aũt ſunt futura poſt vltimã plagam et primas victorias. Secũdo notandũ eſt. quod diximꝰ ſup̱ capitulo xxxiiij. et lxiij. Iſaie. De mente catholicorũ et hebreorũ. Quia illa duo capitula et ſi miſtice et allegorice poſſunt aliter exponi. tñ ad litterã nõ intelligunt̃ niſi de cede maxima ſarecenorũ fienda in arabia. De qua loquit̃ capitulũ xxxiiij. dicens. Victima em̃ dñi in boſra. et interfectio magna in terra edom. Et qꝛ ſanguis eorũ aſperget veſtiméta chriſtianoꝝ et principis nr̃i. ideo in lxiij. capitulo ait. Quis eſt iſte qui venit de edom tinctis veſtibus de boſra. Hec em̃ nõ poſſunt ad litterã intelligi de alia re ꝙ̃ futuro meſſie triũpho. vt diffuſe atqꝫ clariſſime ſcripſimꝰ in expoſicõe nr̃a magna ſup̱ Iſaiam prophetam. quã appellamꝰ ſenſum lr̃alem viterbiẽſem. ſecuti doctores hebreos. et ꝙ̃ plurimos catholicos. Et hanc cedem atqꝫ victoriã ſcẽs euãgeliſta deſcribit atqꝫ p̃dicit in caplõ iſto. in quo facit duo. qꝛ in prima parte capli ponit vnionẽ futurã omniũ eccliaꝝ mũdi ſub romano pontifice. Secũdo exprimit̃ triũphus maximꝰ ecclie vnite. qui fiet cũ maxima ſaracenoꝝ cede in boſra ibi. Et vidi celũ apertum. In prima capli parte

ponit nuncios et vnionē vniuerſalē. Secūdo feſtum vnionis Tercio bt̄itudo et felicitas illius tp̄is deſcribit̄. Partes patebunt in legēdo. ꝙ xp̄iani ſc̄ti habita victoria p̄cedētis capituli. mittent ad om̄es xp̄ianos orbis catholicos ac hereticos et ſciſmaticos ſuadentes vt velint eccleſiā vniri ſub vno paſtore xp̄o et pōtifice romano. cui deus tantā victoriā dedit. Qui a deo inſpirati vnanimes ſubſcribēt vnionē et obedienciā. ſiue hoc fiat per ſimplicē intimationē ſiue ꝑ conuentū ad conciliū aliqđ oriētale poſt victoriā primā. Et lr̄a ita eſt legēda. Poſt ſupradictos triūphos audiui vocē ſuaſiuā nō imperatiuā tubarum ſiue nunciorū multorū in celo eccl̄ie diſcurrentiū. Et ſciſmaticis hereticiſq; oriētalibꝫ dicentiū alleluia. Quod in latino ſonat. ſit laus deo noſtro. Ideo ſubdit quaſi exponēs. Laus deo de tanta victoria. ſit deo gloria de vnione fienda. Sit virtus de vnita non diuiſa eccl̄ia. quaſi dicēt. O qui iam flagellati fuiſtis ob hereſes vnanimi nobiſcū. Nam vidiſtis iudicia eius vera de meretrice magna ſepta turchorū et ſaracenorum. que corrupit mundū in proſtitutiōibꝫ ſuis. et vindicauit ſanguinē ſanctoꝝ xp̄ianoꝝ de manibꝫ eius. Et iterum dixerūt vt ſupra alleluia. Forte ꝙ pigritantibꝫ orientalibꝫ eccleſijs. iterum ac ſepe latini repetēt. Nam in euāgelio de nupcijs filij regis. primo inuitati neglexerūt venire. Sed compulſi aſſidua monitiōe latinorū reiterantiū alleluia intrabūt ad nupcias. Ad litterā em̄ hoc euāgeliū nupciarū ſic exponi debet et non aliter vt probabimꝰ. ſi quandoq; chriſtus conceſſerit exponere euangelia ad litterā. relictis alijs ſenſibus miſticis. Et cum intrabūt om̄es eccleſie ad hoc vnionis conuiuium. fumus iſte atq; effectus vnionis aſcendet atq; augebitur continue vſq; ad finem mundi. et non redibūt ad vomitum vt olim greci ſub eugenio quarto fecerūt poſt concilium florentinū. Et quia tūc nō ſolū greci ſed totus orbis reunietur. Ideo iohānes ſubdit. Et quattuor animalia et viginti

quattuor ſeniores qui vniuerſam eccleſiã ſignificãt vt decla-
rauimus primo cap̃lo primi tractat⁹. Om̃es in q̃ ceciderũt ad
faciendã reuerẽciã romano pontifici. et adorauerũt deũ reco
gnoſcẽtes ipſum ſedere ſup thronũ ſancti petri. cui ſoli dictũ
eſt. Paſce oues meas. Et dicẽt alleluia. Amẽ. id eſt fiat vnio
De qua gracias deo. Hoc eſt igit̃ primũ quod fiet poſt dictas
victorias. Secundũ eſt. q2 ſicut ſub pijſſimo eraclio imperato
re fuit inſtitutũ feſtum exaltacõis ſancte crucis ob deuictum
coſdroem et crucem recuperatã. Ita tũc inſtituet̃ feſtum vnio
nis. Et dicet̃ feſtum nupciarũ agni. in quo vt dicet̃ infra occi
ſa erũt tauri et altilia et diſcumbẽt om̃es chriſtiani nullo re-
iecto. niſi ſaraceno non habẽte veſtem nupcialẽ fidei. Et hoc
modo videt̃ exprimẽda littera. Et vox ſiue inſtitutio feſti exi-
uit de throno romano. dicẽs ſic vniuerſis eccleſijs vnitis. Fa
cite ꝓceſſiones ac feſtum. et laudẽ dicite deo nr̃o. qui timetis
deũ chriſtiani puſilli et magni de hac vnione. Et audiui vocẽ
quaſi tube. q2 publico edicto fiet feſtum. et vocẽ aquarũ mul-
tarum. Quia populi ſtatim conſenciẽt letabũdi. Et ſicut vo-
cem tonitruorũ multoꝝ. q2 p̃dicatores publice adhortabunt̃
fideles tam ad feſtum q̃ ſequentẽ expeditionẽ in boſra contra
oſſa pſeudo ꝓphete. et eius ſeptam et dicẽt alleluia ſiue laus
deo. quoniã om̃ipotẽs dñs noſter ieſus qui videbat̃ oppreſſus
a beſtia. regnauit ꝑ vnionẽ factã ⁊ inchoatas victorias. Gau
deamus intus de vnione et exultem⁹ extra de feſto ꝑ ſolẽnita
tem et ꝓceſſiones et iterũ demus ei gloriã. colligendo ex om̃i
gente vnita exercitũ et diſſipãdo beſtiam. quia venerũt agni
nupcie. In quibus in boſra oportet occidere tauros et alti-
lia et hircos ſaracenos. ſicut tam chriſtus in euãgelio nupcia
rum q̃ Iſaias capitulo xxxiiij. exprimit. et ſimiliter ſcribit io-
hannes in hoc capitulo. Et vxor agni eccl'ia vnita iam prepa
rauit ſe ac diſpoſuit extirpare ex toto hereſes ac ſeptam beſtie
Et data eſt ſpõſe autoritas vt cooperiat ſe byſſo ſplẽdido et

candido.id eſt vita iuſta.vt hic ipſe iohãnes exponit.Sicut em̃
deus tũc cõcedet oĩm eccliarꝫ mutuã vnionẽ ad ſe. ita vnionẽ
mentis ad deum et proximũ.que due ſunt iuſticie ſctorꝫ.qꝛ in
hijs duobꝫ mãdatis tota lex pendet et ꝓphete. vt dicit xp̃s in
euãgelio.O quis viuet qñ iſta faciet deus.Que qꝛ fere viden
tur incredibilia. ſed felicia. idcirco angelus terciũ adijcit.ꝙ
illi erũt beati. et ꝙ hec vera ſunt. Primo nota.ꝙ btos dicit
hoĩes illius etatis.Quia ſicut veritas eſt felicitas intellect9.
ita falſitas eſt eius miſeria. Et qꝛ om̃es eccl'ie a romana diui
ſe.tũc relinquẽt errores et herebũt veritati fidei ideo erũt bt̃i
Et idcirco ſic legat̃ lr̃a.Et dixit mihi angelus.Scribe hoc ꝓ
magno munere.Om̃es vniti vocati ad hanc cenã agni erunt
bt̃i et felices. ſicut xp̃s ꝓmiſit dicẽs. Beati qui nõ viderũt et
crediderũt.Item ne putes impoſſibilia hec.ſcias o iohãnes.
ꝙ hec verba et ꝓmiſſiones dei ſunt vera. et ideo infallibilia.
Et qꝛ ſcto iohãni viſa eſt leta eccl'ie reuelatio. ideo letabun-
dus procidit volẽs angelũ adorare. nõ quidẽ adoracõe latrie
ſed iperdulie.Sed angelus ꝓhibuit.qꝛ angelus in reuelacõe
hac par erat iohãni et nõ maior.qꝛ neuter ꝓprio ingenio hec
didicit.ſed ꝑ reuelationẽ ieſu xp̃i.licet ordine quodã.Et pro-
pterea ſic legat̃ littera. O iohannes vide ne gratias habeas
mihi ex hoc. qꝛ ego nõ ſum magiſter et auctor huius reuela-
tionis.ſed ſolũ inſtrumentũ ⁊ ſeruus ſicut tu.⁊ alij fratres tui
ꝓphete habẽtes teſtimoniũ meſſie ieſu ſicut iſaias hieremias
et alij qui ꝓpheciã teſtificãtur de ieſu.qꝛ teſtimoniũ de ieſu eſt
ſpiritus ꝓphecie. qui eſt in te et me et alijs nõ tanꝙ in magi-
ſtris ſed ſicut inſtrumẽtis.et ideo ſumus conſerui et condiſci-
puli ꝓphecie de ieſu. et ſolus deus eſt magiſter. Ego non me
tibi in hoc parem.ſꝫ deũ adoro autorẽ.me aũt ſociũ in hoc re
puta.Et iſta eſt prima pars principalis capl'i.Secũdo cũ dicit
Vidi celũ apertũ.tractat de magno triũpho poſt dictã vnio-
nẽ. In qua parte primo ponit̃ diſpoſitio exercitus xp̃ianorꝫ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0056

et diſpoſitio exercitus ſaracenoꝛū ſecundo. et tercio ponitur
deſtructio eoꝛū.ac ſepte et oſſium maumeth. Primo ſcias.ꝙ
ſi vis illuminari ad integrū de ſequētibꝫ.lege ſupꝛadicta duo
capl'a yſaie ꝓphete ſcd̃m lr̃alem viterbiēſem expoſitionē nr̃am
Que ſi nō habeẗ ab aliquibꝫ ꝑſuꝓponaẗ ſaltē.ꝙ ad litterā in
illis capl'is ꝓnunciaẗ hec victoꝛia. igiẗ cū xp̃i eccl'ia fuerit vni
ta.et potita ſupꝛadictis triūphis. Tunc colligeẗ exercitꝰ lati
noꝛū.iudeoꝝ. ethiopum.et aliaꝝ nationū xp̃ianoꝝ.et ꝓpera
bunt cōtra oſſa nephandiſſima maumethi. vt diſperſo capite
et mēbꝛis.xp̃o ſeruiāt in pace. At ſoldanꝰ beſtie vicariꝰ occur
ret in boſra cū immēſo exercitu ſaracenoꝝ regū nobiliū occur
rent ad defenſionē patrie et pſeudo ꝓphete.quo tauris et victi
mia cōpletis atqꝫ occiſis cōpꝛehēdeẗ ſoldanꝰ.⁊ oſſa maumeth
comburenẗ.De diſpoſicōe igiẗ xp̃iani exercitꝰ.Sic legaẗ lr̃a
Et vidi celū et eccleſiā apertā. Quia via a latinis ad oꝛiēta-
les clauſa.tūc apieẗ vt libere xp̃iani cōueniāt.Et ecce equus
albus. Supꝛa in capl'o v.mgr̃i nr̃i dixerūt equos imꝑatoꝛes
eſſe. Erit igiẗ imꝑatoꝛ xp̃ianus albus baptiſmo.Quia xp̃ia-
ni lauāt ſtolas ſuas in ſanguine agni qui eſt baptiſmꝰ.Et qui
regit hunc imꝑatoꝛē.erit xp̄s.qui vocaẗ fidelis ⁊ verax in pro
miſſo illo euāgelio. In mūdo preſſurā habebitis.ſed cōfidite
qꝛ ego vici mundū.Et reſponſum.nolite timere puſillus grex
qꝛ cōplacuit pr̃i meo dare vobis regnū.Et pugnat cōtra ſara
cenos.et iudicat eos cū iuſta ſentēcia tanꝙ̃ ſui honoꝛis et ſc̃ti
nois violatoꝛes.oculi eius.hec eſt intentio eiꝰ.ex toto eſt inci
tata ꝯtra eos.ſicut flāma ignis.Et in capite eiꝰ ſunt diadema
ta multa.qꝛ iure diuino data ſunt xp̃o oīa regna mūdi.vt te-
ſtaẗ daniel vij.capl'o dicēs.Deus dedit ei honoꝛē et imperiū.
et oēs gētes et tribꝫ ⁊ lingue ſeruiēt ei.et habet nomē ſcriptū
quod nemo nouit noticia cōpꝛehenſionis niſi ipſe.qꝛ eſt deus
quod eſt nomē ſuꝑ oīe nomē.vt ait apl's ad philippēſ.ij.cap̄.
Et veſtitus erat veſte ſperſa ſanguīe.vn̄ yſaie lxiij.interrogaẗ.

Quare rubꝛũ eſt indumentũ tuũ. Et reſpondet dicẽs. Calca
ui gentes in ira mea. et aſperſus eſt ſanguis eoꝛũ ſuꝑ veſtimẽ
ta mea. Tanta eñ erit ſaracenoꝝ cedes. vt veſtimẽta xp̃i que
ſunt xp̃ianus exercitꝰ. tingãtur eoꝛũ ſanguine. Unde de hijs
veſtimẽtis ſiue xp̃ianis veſtit̃ xp̃s. Sicut ei ꝓmiſſum eſt iſaie
capl'o xlix. Uiuo ego dicit dñs. qꝛ hijs om̃ibꝫ velut indumẽto
veſtieris. Nomẽ aũt huius gubernãtis imꝑatoꝛẽ et exercitũ
xp̃ianoꝝ vocat̃ verbũ dei et exercitus xp̃ianoꝝ in celo eccl'ie
vnitoꝝ. ſequebat̃ eũ in equis et capitaneis albis ⁊ baptiſatis
qꝛ non miſcebit̃ cũ eis vt olim factũ eſt. quiſq̈ꝫ capitaneus aut
miles infidelis. ſed om̃es erũt veſtiti byſſino mũdo ꝑ puritatẽ
et albo ꝑ baptiſmũ. Et de oꝛe xp̃i ꝓcedit gladius ſiue punitio
bis acuta. vna qua deleant̃ oſſa ⁊ memoꝛia pſeudo ꝓphete. alia
qua capiet̃ et captiuabit̃ eius ſepta vt ligatis manibꝫ et pedi
bus teſte ſaluatoꝛe eijciant̃ a cõuiuio. et in tenebꝛas exterio-
res moꝛtis et ſeruitutis. Cum hoc gladio ꝑcuciet om̃es gen-
tes ſaracenicas et reget ac ſubijciet eos in virga ferrea que eſt
exercitꝰ ferreus xp̃ianus. Et vt cognoſcas quod hoc etiã te-
ſtatur iſaias. idcirco ſubdit dicẽs. Et ipſe eſt de quo ꝓphete et
maxime iſaias lxiij. dicit. q̈ calcat toꝛcular vini ire furoꝛis dei
om̃ipotẽtis. Et habet in veſtimẽto ſiue exercitu xp̃iano et in
femoꝛe ſiue ceſare ac pontifice ſuſtentate hunc exercitũ ita ſcri
ptum. Rex regũ et dñs dominãciũ. qꝛ erit vniuerſalis monar
cha. vt dicit̃ danielis vij. capl'o. Et vidi vnũ angelũ qui eſt rex
hierusalẽ qui regnabit in ſole ſiue in loco ſolis xp̃i. et voce at-
q̈ꝫ hoꝛtacõe magna inuitauit om̃es pꝛincipes ac milites xp̃ia
nos latinos qui volãt ꝑ mediũ celũ eccl'ie. Eccleſia eñ roma-
na eſt coꝛ ⁊ mediũ celi eccl'iaſtici. Inuitat aũt ad victimã. quã
ad litterã ꝑdixit iſaias cap̃. xxxiiij. Et legat̃ lr̃a ſic. Uenite et
cõgregamini ꝑ mare ac terrã ad dei magnã cenã et cedem ſa
racenoꝝ vt mãducetis ſiue gladio occidatis et igne combura
tis carnes regum ſaracenoꝝ arabie. aſſirie. egypti. et carnes

tribunorū ipſorū. et fortiū militū eorū. et liberorū nobiliū. et ſeruorū vilium. magnoꝝ paruorū. ⁊ equoꝝ. O q̄ pingue conuiuium. Hec eſt igit̄ diſpoſitio diſcumbētiū xpianoꝝ. Et ideo ſequit̄ diſpoſitio veniētiū ſine veſte nupciali ſaracenorū occidendorū. Et legit̄ lr̄a ſic. Et vidi beſtiā ſiue vicariū beſtie ſoldanum. et reges terre ſaracenoꝝ et exercitꝰ eorū cōgregatos circa boſra ad p̄liandū cū xp̄o qui ſedebit ſup impatore xpiano cū ſuo exercitu ſc̄toꝝ. Et vltio ponit̄ victima dn̄i in boſra. Quia beſtia ſoldanus et pſeudo ꝓpheta maumeth ſiue oſſa de templo maumeth erūt a xpianis cōprehenſa. et miſſi ſunt viui ſiue actu potentes ac nominati in ſtagnum igni et ſulphuris. quia comburent̄ a xpianis. Et hic pſeudo ꝓpheta eſt ille qui fecit ſigna mēdacia corā ip̄a gēte ſtulta. quibꝫ ſeduxit eos qui acceperūt huiꝰ ſepte caracterē circūciſiōis et adorauerūt ymaginem que eſt oſſa et alchoranū eius. Et ceteri reges et exercitus eorū occidētur gladio virtutis ieſu et aues celi. qui ſunt milites xpiani ſaturabūtur et ditabūtur de carnibꝫ ac predijs eorū. Acceptis em̄ ſpolijs et occiſis exercitibꝫ illis. inuadent reliqua regna arabie. affrice. aſie. ac omnia regna exceptis quibuſdā fugientibꝫ vltra montes caſpios ⁊ exteros angulos orbis qui tutabunt ſe ibi. Et poſt mille annos multiplicati cū ſuo calipha. dicētur gog et magog vt in ſequēte cap̄lo dicemus. Pro complemēto huius cap̄li. querit̄ primū. An iſta victoria ſit intelligēda ad litterā de temporali monarchia xpi. Et videt̄ ꝙ nō. Quia hec victoria cōtra beſtiam dabit̄ exercitui ſc̄toꝝ. qn̄ filius hominis veniet in nubibus celi et iudiciū dei ſedebit. et libri iudicij aperiētur. vt clare dicit daniel vij. capitulo. Sed iudiciū ſedebit. et libri conſcientiarū aperiētur et chriſtus veniet in nubibus celi in reſurrectiōe in nouiſſimo die. Ergo de illa intelligēda eſt. Et confirmat̄ ꝙ nubes ꝓ vltimo iudicio accipiat̄. quia actuum. primo apoſtolis dictū eſt Quēadmodū in nube vidiſtis eū aſcendētē in celū ita veniet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0059

ad iudicandū. Euangeliū quoqꝫ luce quod de iudicio vltimo legit᷑. eadē locucōe vtitur. qua et daniel dicēs. Videbūt filiū hominis venietē in nube cū poteſtate magna ⁊ maieſtate. Sic xp̄s in paſſione ſua reſpondit pontifici dicēs. Amodo videbitis filiū hominis ſedentē a dextris dei. et venientē in nubibꝫ celi. Ad hoc firmiter reſpondem⁹ ꝙ hoc capl'm nō poteſt de alio ſtatu ad litteram in telligi q̄ꝫ de tpali monarchia eccleſie Primo qꝛ totus iſte liber ad lr̄am eſt de ſtatibꝫ eccleſie militantis in terra nō triumphātis in celo. Ergo de milicia tpali intelligit᷑. Secūda ratio eſt. qꝛ poſt monarchiā iudicij vltimi religabit᷑ diabolus in ſempiternū. nec erūt homīes ſeducendi aut ſancti tribulādi. Sed poſt hanc victoriā diabolus religabitur ſolū ꝑ mille annos. et poſtea ſoluet᷑. et ſeducet gentes ⁊ tribulabit ſc̄tos vt dicit᷑ in ſequēte capl'o. Ergo intelligit᷑ de monarchia que erit ante iudiciū. Ad primā rationē dicim⁹. ꝙ nubes aliqn̄ accipit᷑ ꝓ nube materiali et corꝑali. Sꝫ aliqn̄ accipit᷑ methaphorice ꝓ milicia impatoꝝ. ſic iſaie xix. dicit᷑. Ecce dn̄s aſcendet ſuꝑ nubem leuem. id eſt miliciā agilem aſſiriorum vt exponunt omnes lr̄ales catholici et hebrei. Et ita daniel vidit ieſum venientē ad hanc monarchiā nō in ꝑſona. ſed in nubibus celi ſiue milicia celica eccleſie. Judiciū quoqꝫ illud non eſt vniuerſale vltimū. ſed ſolum cōtra beſtiam vt ipſe angelus exponit danieli in fine capituli. Et libri non ſunt conſciencie. ſed duo ſecreta vt ait ibi. Vnum eſt vt auferatur regnū a beſtia. Aliud eſt vt magnitudo illa imperij que eſt ſubter omne celum detur xp̄ianis. Nubes etiam quam ꝓpoſuit chriſtus pōtifici. ac etiā in euāgilio luce. accipit᷑ ꝓ milicia romana in qua xp̄s venit vltor ſanguinis ſui. vt patet tam ꝑ noſtrā lr̄alem q̄ꝫ alioꝝ expoſitionē ſuꝑ iſaiam ꝓphetā. ac ſuꝑ euāgelia. Verum eſt. quia puto ad litterā accipi dictum angelicū actuum primo. pro nube materiali et pro milicia celeſti quādo venit iudicare in gloria patris ſui. et ſanctorū angelorū.

De equiuocacõe igiẽ nubium diſtinguẽdo patet. ꝙ ad litterã
daniel et iohãnes loquunẽ de tꝑali victoria xp̃ianoꝝ. Euan-
gelium vero luce loquiẽ de iudicio in ſenſu miſtico nõ littera
li. vt in noſtris et alioꝝ expoſitiõib9 ad litterã clare conſtat.
Et per hec patet reſponſio ad obiecta.

Capitulũ viceſimũ. ꝙ vltimo triũpho habito
cõtra antichriſtum intrabit plenitudo gentiũ
ad fidem et omnis iſrahel ſaluus fiet.

Et vidi angelũ deſcendẽtẽ de celo ꝛc̃. Pro intellectu
huius capituli ſciẽdũ eſt. Quid ſit gog ꝛ magog. Et
inueni quoſdã opinari eſſe iudeos religatos ab ale-
xandro vltra montes caſpios. Sed hoc eſt falſum tam ſcd̃m
hebreos ꝙ̃ ſcd̃m catholicos lr̃ales. Nam hebrei dicũt gog et
magog eſſe cõtrarios exercit9 meſſie damnãdos et deuincen
dos ꝑ regẽ meſſiam. Sed iudeoꝝ duodecim tribus erãt redu
cende ꝑ meſſiam nõ debellãde vt ꝓbauim9 ſuꝑ Iſaia. hiere-
mia. ꝛ ezechiele. Ergo gog ꝛ magog nõ ſunt iudei. religati ꝑ
ſcripturã quoqꝫ ſacrã patet duodecim tribus ↄuerſas ad xp̃m
tꝑe apl̃oꝝ. ad quas poſt lapidationẽ ſtephani apl̃i iuerunt
quib9 apl̃s iacobus prime hieroſolime pr̃iarcha. et primũ ex
quattuor animalib9 epl̃am canonicã ſcribit dicẽs. Jacobus
dei et dñi nr̃i ih̃u xp̃i ſeruus duodecim trib9 que ſunt indiſper
ſione salutẽ. Ecce duodecim trib9 ↄuerſe. Si qui aũt in mũdo
repiunẽ iudei ſunt feces ex captiuitate romana. Johãnes q̃ꝫ
in hoc capl̃o dicit eſſe gentes collectas ex quattuor orbis an-
gulis. Illi aũt quos iſti dicunt incluſos iudeos ſunt tantũ in
vna pte orbis. Igiẽ gog ꝛ magog nõ ſunt illi iudei. Ex quo pa
tet nõ eſſe principes ſcitas et tartaros qm̃ illi ſunt in vno or-
bis angulo. Vñ bt̃s hieronimus ſuꝑ xxxviij. capl̃o ezechielis
ita dicit. Putãt iudei et iudaizãtes nr̃i gog et magog gẽtes

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0061

ſciticás eſſe innũerabiles et inmanes que tranſcaucaſum mõ
tem et meotidem paludẽ et ꝓpe caſpium mare ad indiam vſqꝫ
tendunt̃. et has poſt mille annoꝝ regnũ a dyabolo cõmouẽ-
das et in terrã iſrael venturas gentibꝫ ibi multis adiunctis.
Primũ quidẽ moſoch quos ioſephus capadoces dicit. deinde
tubal quos idẽ hyberos atqꝫ hyſpanos. hebrei ytalos ſuſpi-
cant̃ habẽtes ſecũ perſas. ethiopes. tarſos. et cartaginenſes.
dicẽtes hoc intelligi a iohãne cũ dicit. et poſt mille annos ſol
uetur ſathanas vt ſeducat gentes in quattuoꝛ angulis terre
gog et magog. et nõ intelligũt totũ librũ iohãnis qui reuela-
tionis titulo prenotat̃ eſſe miſticũ. Hec hieronimus. Ex qui-
bus verbis patet. ꝙ ſicut in toto libro apochalipſis celũ. thro
nus. angelus. equus nõ ad litterã. ſꝫ miſtice accipiunt̃ ꝓ eccle
ſia ſede romana principibꝫ et huiuſmõi. Ita in hac parte li-
cet gog ⁊ magog ad litterã ſint ſcite et tartari. et moſoch ſint
capadoces et ſic de alijs. tamẽ nõ hij ſunt ad litterã accipiẽdi
ſed omnes aperte ꝑſecutores miſtice ſignant̃. Sed querũtur
duo. Primũ. quia in hoc libro miſtica ſignificatio ſumit̃ a rei
proprietate. Puta eccleſia dicit̃ celũ. qꝛ celo regit̃. Princi-
pes appellant̃ angeli. qꝛ adminiſtrationẽ angelicã viſibiliter
exequũtur. Romana ſedes appellat̃ thronus dei. qꝛ in ea eſt
plenitudo diuine poteſtatis. Sed iſti exercitꝰ vocant̃ gog et
magog. Ergo ex aliqua ꝓprietate illius gentis ſic vocant̃ Et
nos concedimꝰ totũ argumentũ. qꝛ collectio illius exercitꝰ et
vniuerſo orbe fiet circa illas partes. nõ ꝙ ſint ſolũ hoĩes illa-
rum patriarũ. qꝛ omẽs patrie ille erũt chriſtiane. Erunt enĩ
ex omni angulo mũdi occidente. oriente. ſeptentrione. et me-
ridie. Sed tunc ſecũdo querit̃. Si ex omni orbis angulo ſunt
venture. Ergo hieronimꝰ male improbat iudeos dicẽtes ven
tura. cũ moſoch. tubal et alijs gentibꝫ. Et reſpondemꝰ. ꝙ be-
ne improbat. qꝛ putãt iudei venturos populos illos ad litterã
qꝛ illi populi nõ veniẽt. ſed ex angulo oppoſito illis populis.

Unde hyſpania et ytalia accipit̃ pro extremo angulo occidē-
tis. Pars vero oppoſita ei orientalis capadocia. accipit̃ pro
extremo angulo orientis. Similiter carthago accipit̃ pro an
gulo meridionali. quia eſt ad meridiē. ſicut gog accipitur pro
ſeptentrionali angulo. quia eſt ad ſeptentrionē. Ideo ſcd̃m
hieronimum in apochalipſi ſane ſunt accipienda vocabula.
Quia non ſunt accipiēda hic pro illis gentibꝫ. ſed pro quat-
tuor angulis extremis mundi correſpondētibꝫ illis gētibus.
ad quos angulos ſaraceni fugient diſperſi in ſupradicta vi-
ctoria. Secundo nota. ꝙ daniel vltimo capitulo viſionū ait.
Beatus qui expectat ad dies mille trecentos trigintaquinqꝫ
hoc loco dies accipit̃ ꝑ anno. ſicut ipſe deus expoſuit ezechie
li iiij. capitulo dicēs. Diem ꝑ anno dedi tibi. Nam obtenta
prima vniuerſali victoria fugient reſidui ſaraceni. aut captiui
ducētur ad dictas extremitates mundi. quorū maximus cali-
pha aget vitam apud gog ſiue ſcitas. Atqꝫ ita obtinebūt chri
ſtiani monarchiā pacificā mille annis. Poſt hec diuina diſpo
ſitione per trecentos ſequētes annos incipiēt ſaraceni multi-
plicari in extremitatibꝫ dictis. Poſtremo iā multiplicati col
ligentur paulatim ad ſuū caliphā in gog ſpaciū annorū tri-
gintaunius cū dimidio. Et ſtatim poſt tres annos cū dimidio
infinita illa multitudo bellabūt cōtra xpianos. qꝛ vt ait fra-
ter Nicolaus de lira vltimo capitulo viſionū danielis iſti tres
anni vltimi cū dimidio non ſunt accipiēdi a tempore collectio
nis exercitꝰ antichriſti. ſed quādo erit effectus potēs ex tāta
multitudine. et tūc tranſibit a gog in hieruſalē deſtruens ec-
cleſias quas repperiet. Et interficiēs chriſtianos et prohibēs
iuge ſacrificiū. et obſidebit hieroſolimā. cuius miraculoſam
liberationē ſi quis querit. legat noſtrā expoſitionē ad litterā
ſup vltimo capl̃o zacharie. Ubi tam ſcd̃m catholicos q̃ꝫ he-
breos ꝑdicit̃ hec vltima victoria. licꝫ hebrei dicāt futurā ſub
venturo ficticio meſſia. Nos vero ſub ieſu vero triumphāte.

preſtolamur. iohāne hoc p̄dicēte in hoc capl'o. Ultimo nota ꝙ hoc capl'm fuit quibuſdā errādi occaſio. eo ꝙ hic nominat̃ reſurrectio mortuoꝝ. et milenariū xp̄i regnū. Et dicūt vt nar rat bt̄s hieronimus. ꝙ poſt reſurrectionē corporū glorioſoꝝ xp̄s cū ſc̄tis regnabit in hoc mūdo comedētes ⁊ bibētes. et fi lios ꝓcreātes quod hereſis eſt. qꝛ in reſurrectōe corporū nō nubent neqꝫ nubent̃ ſed erūt ſicut angeli dei in celo vt ait xp̄s cōtra ſaduceos. Et quidā qui ꝑ lactancio firmiano xp̄ianiſſi mo multa impoſuerūt errata. aſſerūt hoc ip̄m ſentire. Sed vt ait hieronimꝰ. Sic opinati erāt. putātes hanc reſurrectionē que hic ſcribit̃ eſſe corporū. cum magis miſtica hic deſcribat̃. Dicamꝰ igit̃ ſcd̄m ſentēciā et diſtinctionē ſc̄ti euāgeliſte. ꝙ re ſurrectio vniuerſal' eſt duplex vicꝫ pͥma ⁊ ſcd̄a. Prima reſur rectio eſt totiꝰ eccl'ie ad vniuerſalē vnionē ſb̄ vno paſtore xp̄o in qua a morte fidei et miſeria errorū et oppreſſione ſaraceni ca reſurget ad vnionē oīm eccl'iaꝝ et victoriā cōtra beſtiā. et pſeudo ꝓphetā. Et de hac loquit̃ hoc capl'm et lactancius. vt patebit in defenſioe nr̄a cōtra accuſatores lactācij cū deus no bis tp̄s cōceſſerit. Scd̄a aūt reſurrectio erit corpoꝝ. Et hac equiuocacōe antiqui chiliarche decepti ꝑlapſi ſunt in errorē. Et quidā moderni falſo accuſant lactāciū. Hoc igit̃ capl'm lo quit̃ de pͥma reſurrectōe vniuerſali eccl'ie. Ad vltimā victoriā in quo ſc̄ts iohānes facit tria. Primo determinat tp̄s dura tiōis pacis Secūdo denūciat vltimā deſtructionē antixp̄i Ter cio p̄dicit vniuerſalē obediēciā fidei. Primo ſummarie dicit ꝙ inſtituet̃ eccl'ie princeps qui muniet oēs cōfines ſarace norū qui aufugerūt. et p̄cludet viam magno eorū caliphe ex iſtenti in gog. ne collecto exercitu ſaracenoꝝ diſperſoꝝ poſſit iterū eccleſia plagare. In oīm quoqꝫ regno ordinabit reges catholicos et eccl'ias patriarchales. Itaqꝫ ſic religatis occi ſoribus nr̄is. vlciſcemur in occiſores ſanctoꝝ. Hec vocat̃ hic prima eccl'ie reſurrectio a ruina ad victoriā vniuerſalē. cōtra

quam ſecūda mors ſiue mortalis ꝑſecutio antichriſti nō preua
lebit. Et ita legat̃ littera. Ego iohānes vidi angelū vnū de ce
lo deſcendētē. id eſt vnū principē ab eccl'ia inſtitutū habentē
clauē ſiue ordinariā autoritatē et delegationē cōtra gog qui
eſt ſpiritualis abyſſus infidelitatis et habeat catenā magnā in
manu ſua. Quia potēter catenabit et muniet cōfines xp̄iano
rum et apprehēdet draconē ſerpentē antiquū caliphā ſarace-
norum qui dicit̃ dyabolus et ſathanas. Nam ſicut principes
xp̄iani dicūtur angeli eo ꝙ exequunt̃ volūtatē angelicā. Sic
ille antiquus ſerpēs dicet̃ dyabolus. quia exequet̃ ad integrū
omnē dyaboli volūtatē. Et ligabit̃ ꝑ mille annos ne poſſit no
cere. tum diuina virtute. tum diligēcia principū Et ſubdit Et
miſit ſiue fugauit eū in abyſſum que ſunt extremitates gog. et
ſignauit ꝑ cuſtodias et munitiōes vt amplius nō poſſit libere
ſeducere ac p̄dicare ſaracenis diſperſis et recolligere eos. do
nec cōpleant̃ mille anni pacis. poſt quos xp̄ianis negligēter ſe
habētibꝫ ex diuina pace. ſoluet̃ modico tp̄e. q2 ꝑ trecentos ſe-
quētes annos incipiēt ſibi mutuo nūcios mittere. Sed inte-
rim in hijs mille annis vidi ſedes ordinarias regias et patri-
archales et ſedebūt ſuꝑ eas pacifice ac iuſte. Et iudicatū eſt
de illis. ſcilicȝ vt detur eis regnū pacificū. Et ſil'r vidi animas
martyrū xp̄i et occiſoꝝ xp̄ianoꝝ ꝓpter fidem. q2 noluerūt cō-
ſentire alchorano et beſtie. nec accipere caracterē circūciſiōis
in fronte. id eſt in aperto cōſenſu. Neqꝫ in manu ſiue in facto
et opere et rogabāt ꝓ vltione ſanguinis effuſi. vt ſupra dictū
eſt in principio libri. Et q2 oracōes eorū merent̃ audiri. Ideo
merito martyrū. ſedes et prelati vixerūt ac regnauerūt mille
annis cū chriſto ſiue cū vera fide xp̄i. Ceteri aūt ſaracenoꝝ in
fide xp̄i mortuorū non habebūt regnū donec cōpleant̃ mille
anni. Hec eſt reſurrectio prima eccl'ie nō vltima. In qua pri
ma reſurrectōe btūs et felix erit qui habebit partē. ſcȝ xp̄iani
illius etatis. Ratio eſt. Quia in hijs mille annis non habet



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0065

poteſtatē mors ſecūda. ſicut habuit prima. Nam prima mors ſiue mortalis perſecutio maumeth que durat vſquemō habet poteſtatē ſubiugandi. ſeducēdi. interficiēdi xpianos. Sed ſecunda mortalis pſecutio. De qua nunc agemus. nō habebit poteſtatē vt dicem⁹. Quia non pualebit et hoc de prima parte. In secūda parte ponit̄ ſecūda mors ſiue mortalis pſecutio et erit hoc interitus antixpi. Licet aūt prima pſecutio capitis ſit diuturnior. vniuerſalior. peior. et periculoſior q̄ vltima hec. Tamē hec vocat̄ deſtructio antixpi. q2 vſq3 ad hoc tpus viuet lex maumeth et error iudeorū cōtra xpm. Et q2 tūc ceſſabit ex toto. Ideo tūc dicet̄ interfici antixps. vt in queſtione nr̄a primi tractatus dixim⁹. Legat̄ ergo hec littera. Poſtq̄ perlectū fuerit xxxviij. capl'in ezechielis. et exponat̄ ſic. Completis mille annis pacificis deo permittēte ſoluet̄ ſathanas. qui erit vltimus calipha ſaracenorū cum predeceſſoribꝰ. et exibunt de carcere ſuo gog et magog ſiue ſaraceni gog. Et predicabunt per trecentos annos paulatim alijs ſaracenis qui ſunt diſperſi in quattuor angulis mūdi. Poſt quos trecentos annos vltimus calipha eorum cōgregabit eos ad ſe in gog per annos trigintaunū cum dimidio. in prelium cōtra xpianos. quorum numerus erit ſicut arena maris. Et per tres annos cum dimidio ſequētes aſcendēt ſup latitudinē terre. Quam elegāter exprimat iohānes viam eius. Patet ex hoc quod dicit ſup latitudinē terre. Longitudo eīn terre dicit̄ ab aſtronimis ab oriente in occidentē. Sed latitudo eſt a ſeptentrione in meridiem. Et q2 gog eſt in ſeptentrione. et hieruſalē reſpectu eius eſt in meridie. idcirco tranſitus huius exercitus erit ſolum a gog in hieruſalē. Et ideo ſubdit. Et obſiderūt ibi caſtra xpianorū et hieruſalē ciuitatē dilectā. Et tunc deſcendet ignis de celo. id eſt miraculū euidens celeſte. quod dicit̄ ſpiritus oris ieſu. et deuorabit eos. id eſt diſſipabit. Quod aūt ſit illud miraculū futurū expreſſe ponit zacharias vltimo caplo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0066

Sup̄ quo legas nr̄am expoſitionē ad litterā. qꝛ hic breuitati
ſtudem⁹. Et diabolus ſiue diabolicus calipha et exercit⁹ app̄
benſus eſt a xp̄ianis et occiſus. et miſſus eſt in ſtagnū ignis et
ſulphuris. qꝛ combureť a xp̄ianis in hoc mūdo. et a deo in alio
vbi cū beſtiali lege ac pſeudo ꝓpheta cōburenť. Dignū eſt em̄
vt ibi ſint mēbra vbi eſt caput. Ex hoc patet ꝙ iſte vltim⁹ ca-
lipha qui diciť antixp̄us vltim⁹ erit ſaracenus. qꝛ ponit ip̄m
in eodē loco cū beſtia et pſeudo ꝓpheta. Et hec eſt ſecūda pars
capl'i. Tercio iohānes oſtendit. ꝙ occiſo dictis gog ⁊ magog
miraculoſe. intrabit ad fidē plenitudo gentiū. et om̄is iſrael ſal
uus fiet. Et legať lr̄a ſic. Et mortuo dicto antixp̄o. vidi thro-
num magnū ſiue magnū imperiū xp̄i. Ad cui⁹ cōſpectū et pre
ſenciā fugit terra ſiue terrena ſaracenoꝝ lex. qꝛ cōuertenť ad
xp̄i euāgeliū. et celum ſiue celeſtis vetus lex nō inuenieť a iu-
deis. Quia et ipſi cōuertenť licet ad veſperā. Et qꝛ iohānes
ſubdit ꝓpheciā danielis vij. capl'o ad cōfirmationē ſui. Ideo
eodē mō ibi et hic legať lr̄a ſic. Et vidi mortuos infideles. qꝛ
hic loquiť iohānes de morte fidei et reſurrectōe eius. Quia ſi
cut iuſtus ex fide viuit. vt diciť abachuc ij. capl'o. Ita infideli-
tate mortuus eſt quis. Ac ſi diceret. Vidi infideles magnos ⁊
puſillos in conſpectu throni paratos ad baptiſmum. Et libri
aperti ſunt. Qui ſcd̄m danielē ſunt duo decreta. Vnum vt be
ſtia intereat in eternū. Aliud vt monarchia ſubter om̄e celum
detur ꝑpl'o xp̄iano. Tercium de conuerſione omniū iohānes
exprimit dicens. Et alius liber apertus eſt qui eſt vite. id eſt
fidei. quia iuſtus ex fide viuit. Et mortui ſiue infideles ſaraceni
et iudei iudicati ſunt ſcd̄m merita. ſcripta in libro fidei. Quia
quos preuidit non conuertendos. permiſit mori in bello ſu-
pradicto. Quos vero preſciuit conformandos ymagini filij
ſui. hos preſeruauit. vocauit. et per fidem iuſtificauit. Et ma-
re. id eſt inſule maris dederunt mortuos ſiue ſuos ſaracenos
ac iudeos baptiſandos. Et mors et infernus. id eſt mortales



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0067

perſecutores ſaraceni aliȷ̃ et infernus iudaiſmi dederũt mortuos ſiue infideles ſuos vt baptiſent̃. Et mors et infernus qui nolũt baptiſari mittent̃ in ſtagnũ ignis. ꝑ decem facta cũ antichriſto. Et cõcludit iohãnes. Hec mors ſiue mortalis pſecutio antixp̄i eſt ſecũda. Nam prima incepit ſub maumeth vſqꝫ ad millenariũ dictũ futurũ. Secunda erit hec vltima. in qua qui nõ fuerit inuentus ſcriptus in libro vite vt ſit futurus fidelis, interficiet̃ in bello cũ antixp̄o et mittet̃ ad ſtagnũ ignis. Si quis aũt ſcire velit locũ et miraculũ et ordinẽ belli. et cedis huiꝰ magnitudinẽ legat vt dixinꝰ expoſitionẽ nr̃am. quã ex mente catholicoꝝ et hebreoꝝ fecimus ſuꝑ ezechielẽ ac zachariã. Quã ſi nõ habet. legat capl'm xxxviij. ezechielis et vltimũ zacharie et facile intelliget que dixinꝰ. Que hic ideo nõ inſerimꝰ. qꝛ breuitati ſtudemꝰ. que ꝙ̃ gratiſſima eſſe ſolet pontificibus regibꝫ ac principibꝫ reipublice occupatis negocijs.

Capitulũ xxj. de reformacõe eccl'ie ſub alia forma ꝙ̃ prima ſub quattuor animalibꝫ et xxiiij. ſenioribꝫ. ac etiã de reformacõe principũ laicoꝝ.

T vidi celũ nouũ ac terrã nouã ꝛc̃. Hoc capl'm diuiditur in duas partes. In prima parte ponit reformationẽ eccl'ie in vniuerſali. Secũdo magis in ſpeciali ibi. Et venit ad me ꝛc̃. In prima parte ſic dicit. Facta vniuerſali monarchia. et poſito vexillo crucis fiet alia forma eccleſie ꝙ̃ prima eſſet. Ego em̃ iohãnes vidi nouũ celũ. id eſt nouum ſtatũ eccl'ie. et terrã nouã ſiue nouũ ſtatũ laicorũ. Quia iam abijt celũ primũ eccl'iaſticũ in quo erãt quattuor animalia et vigintiquattuor ſeniores et tercia laicalis ordinis, iam nõ eſt vt prius. Qualis aũt ſit futurus. ſic in generali exprimit ſtatũ eius dicens. Vidi ouilis xp̄i ſocietatẽ et ſanctã ciuitatẽ hieruſalẽ nouã. id eſt ſub alia forma deſcendẽtẽ de celo. id eſt

eccleſiaſtico decreto. a deo paratam varijs virtutibus et ordi
nibus. vt inferius exprimet̃ quaſi ſi ſponſa ornaret̃ viro ſuo.
Et audiui vocem de throno. quia magno preconio promulga
bitur reformatio infra dicenda. Et dicet ſic. Hec reformatio
nihil aliud eſt q̃ꝫ tabarnaculū dei cū hominibꝰ. Nam ipſi erūt
populus dei non viciorū. et ipſe deus erit eorū deus. et cū eis
perſeuerabit. Et quia nō erūt vicia hereſum. idcirco nō erūt
amplius futura flagella. Sed ſicut mater caſtigatū filiū con-
ſolatur et abſtergit lacrimas et deoſculat̃. ſic chriſtus caſtiga
tos chriſtianos conſolabit̃ et abſterget lacrimas tribulatio-
num et non erit vltra timor hoſtis aut luctus captiuitatis. et
mortalis gladius infideliū. neqꝫ clamor de perdicōe charorū
aut dolor amiſſi imperij. quia iſta terminata ſunt cū flagellis
Et ſi queris. Unde o chriſte tanta bona. Reſpondit dicens.
A me. Ecce eīn noua facio oīa tam in eccleſiaſticis q̃ꝫ laicis
Et dixit mihi. Scribe qꝛ hec veriſſima ſunt. licet videant̃ ſu-
preme difficilia. Et dixit mihi factū eſt. hoc eſt. irreuocabili-
ter decretū eſt hoc donū. Nam ego ſum alpha et o. primus et
nouiſſimus. iniciū et finis. Hoc loco reuocādū eſt parumper
ad memoriā. quod expoſuimꝰ ſup iſaiam de dictis hebreorū.
Aiunt eīn. qꝛ deus non ſtatuit niſi decē magna regna in hoc
mūdo. de quibꝰ ſicut primū in creacōe fuit ſolius dei. Sic vlti
mum erit ſolius meſſie. Sic igit̃ legat̃ hec lr̃a. Si queris mei
conditionē qui noua ſum facturus. ego ſum alpha et o. id eſt
primus rex et nouiſſimꝰ rex. Ego ſum iniciū creacōis mūdi ex
nihilo. et finis reformacōis mūdi ex gr̃a. Ego ſum cuiꝰ pfecta
ſunt opera. Et finem cōiungā principio. vt ſicut in principio
vt oēs eſſent innocētes creati ſunt. ſic in fine vt fiant innocē
tes ac pſeuerarēt baptiſabunt̃. vt ſit ſponſa mihi parata. Si
queris nomē meū. Ego ſum ſtella et radix dauid. vt dicet̃ in
ſequēte caplo. Si officiū meū queris. Ego illud iam expreſſi
euāgelio iohānis. Ut ſi quis ſitit veniat et bibat. qꝛ ego dabo

ei gratis de aqua vite ac ſancte innocēcie. Qui vicerit volūta
tem ꝓpriam poſſidebit hec que ſequunt̄. Nam xp̄ianus bene
inſtitutꝰ incipit guſtare et poſſidere bona infra ſcripta que ei
donāda ſunt eccl'ie reformate. Et nō ſolū poſſidebit illa. ſed
ego ero illi deus. habēs de eo ſpecialē curā. qꝛ vt ait auguſtinꝰ
Deus diligit magis eos qui ſunt mēbra vnigeniti ſui. Et ipe
erit mihi filius obediēs in oībꝫ. Et cōcludit dicēs. ꝙ in ſta
tu futuro reformato nō erūt vicia que mō ſunt. videlicet timor
mūdi. quo quis timēs perdere mūdū negat xp̄m ac virtutes.
Non erūt incredulitas hereticorū. execratio ſaracenorū. et
xp̄ianorū homicidia. fornicacōes ac veneficia. et mendaciū. et
ydolatria magica. Nam pars horū futura eſt in ſtagno ignis
et ſulphuris. qꝛ vt ſupra diximꝰ occumbēt cū antixp̄o. quod eſt
mors ſecūda qꝛ vt diximꝰ. Illa eſt ꝑſecutio ſecūda et vltima.
Et hoc dictū eſt in generali in prima huiꝰ capl'i parte. Pro in
tellectu igit̄ particulari ſequētis partis hec ſunt notāda. Pri
mum ꝙ fere oīa hec ſunt ad litterā deſcriptā ab ezechiele a
xl. capl'o vſq; ad finem ſue ꝓphecie. et fere eiuſdē vocabulis.
Sicut in xxxviij. et xxxix. eius capl'o p̄ceſſit mentio de gog et
magog. Ex quo patet. ꝙ hec ꝓphecia de ſtatibꝫ eccl'ie nō eſt
noua. ſed bene denuo angelus reuelauit iohāni ſecreta anti-
quorū ꝓphetaꝝ. Sicut de ſtatu noui tabernaculi ſiue eccl'ie de
perſecucōe beſtie cōtra xp̄m vt ait daniel vij. cap̄. et de iudicio
et apertura librorū. Similiter de gog et magog expreſſis ab
ezechiele et iſaia et de babilonia dicta ab eis miſtice. et de ve
ſtimēto xp̄i rubro aſperſo ſanguine. Et ideo hic liber eſt ag-
gregatio ꝓpheciarū antiquarū de ſtatibꝫ eccl'ie. Et hoc aſſe-
ruit iohānes. ſupra cū ait. Spiritus ꝓphecie qui fuit in ꝓphe-
tis eſt teſtimoniū hoc de ieſu. Et infra dicit ꝙ deus ſibi miſit
ſpiritū ꝓphetarū antiquorū. Et ideo exponēda ſunt in hoc ca
pitulo vocabula. ſicut in dictis ꝓphetis. Pro quo ſecūdo no-
ta ſicut expoſuimꝰ in ezechiele ꝙ in deſcripcōe illius ac huius

tabernaculi. mons altus ſignificat xp̄m. qui eſt mons domus
dn̄i eleuatus ſup̄ vertice montiū. vt ait iſaias ij. capl̄o. Super
hoc monte eſt ciuitas eccl̄ie edificata. Unde ſe petram xp̄us
demonſtrans. Mathei xvj. ait. Super hanc petram edifica
bo eccleſiā meā. que in hoc capitulo dicit̄ ciuitas hieruſalē.
Murus accipit̄ pro ſpeciali diuina cuſtodia muniēs eccleſiā
de qua iſaias xxvj. ait. Saluator ponetur in ea murus et ante
murale. Muri in plurali ſunt angeli. exequentes miniſteria
hui⁹ cuſtodie. ſicut dicit iſaias. Sup̄ muros tuos hieruſalē po
ſui cuſtodes. Duodecim aūt porte. ſunt duodecim partes mū-
di ſicut ſunt duodecim venti. ſicut accipit ezechiel xxxvij. dicēs
A quattuor ventis celi veni ſpūs. Nam quattuor ſunt venti
principales. quorū quilibet habet duos collaterales. a quib⁊
veniet ſpūs ſanctus reſuſcitās et reformās eccleſiā mortuā et
diuiſam. Illud em̄ capl̄m ad litterā nō intelligit̄ de reſurre-
ctione corporū vltima. vt ibi oſtendim⁹ ex mente hebreorū et
catholicoꝝ. licet exponi poſſit de vltima in ſenſu miſtico. Ce-
terū fundamēta duodecim erūt vigintiduo ſucceſſores apl̄oꝝ
qui ſunt montes ſc̄ti. ſc̄dm ꝙ dicit̄ pſalmo lxxxvj. tam de duo-
decim portis ꝙ̄ duodecim fundamētis. Fundamēta eccl̄ie in
montib⁊ ſc̄tis diligit dn̄s portas ſyon. ſup̄ om̄ia tabernacula
veteris teſtimēti iacob. Diſpoſitio autē horum erit talis. Ab
om̄i vento principali ſunt tres porte. q2 erūt tres patriarcha
tus. Arundo vero aurea. eſt imitatio auree paupertatis chriſti.
Uacuitas em̄ arundinis paupertatē ſignificat chriſti dicentis.
Uulpes foueas habēt. et volucres celi nidos. Filius aūt ho-
minis non habet vbi caput ſuū reclinet. Sed eſt aurea ex ar-
dore meritorio illius bt̄itudinis de qua chriſtus dicit. Beati
pauperes ſpiritu quoniā ipſorū eſt regnū celorū. Quod autē
ciuitas eſt in quadro. ſignificat eam inſtitutā fore illa felicita
te quā de bono viro philoſophus ait primo ethicorū. Q2 ci-
uilis ac moralis felicitas conſiſtit in duob⁊ maxime. videlicet

ſapiēcia et fortitudine. que habēt ſe moraliter in duobꝫ exerce
re. ſcilicet in aduerſitate et proſperitate. vt in aduerſis ac pro
ſperis ſemꝑ recte ſapiat et fortiter agat. Igit̄ longitudo ciuita
tis dicitur eſſe ꝫ ipſa ſapiēcia que attingit a fine vſqꝫ ad finem
fortiter. et diſponit oīa ſuauiter. Latitudo vero eſt fortitu-
do ciuium et xpianoꝝ huius ciuitatis. Quadrū huius ciuita-
tis erit aduerſitas et proſperitas bis replicata. Duo enim bis
replicata faciunt quattuor. Unde philoſophus ponit ibi pro-
uerbiū ſapientū dicentiū. Qui fortunā fert optime ac ꝑ om-
nia decēter. Hic eſt vere bonus ⁊ quadrāgulus ſine vituperа
tione. Quod ita exponit btūs thomas. Uir bonus et perfe-
ctus. eſt ſapiēs et fortis. Et quo ad ſapienciā habet duos an
gulos. qui ſunt aduerſa et proſpera. Quia ſi ſapiēti ſuꝑueniūt
aduerſa. iudicat ea non eſſe magnifaciēda. Si bona vero et
proſpera acciduūt. iudicat ea ad bonū virtutis vtenda. Simi-
liter quo ad fortudinē habet reliquos duos angulos. qꝛ ſi for
tis ſentit proſpera. exequit̄ ea vt dictauit ſapiēcia. vt eis vta-
tur et nō abutatur. Et ſi ſentit aduerſa. exequit̄ quod ſapiēcia
dictauit. vt eis nō frangat̄. ſed potius contēnat. Ideo dicit̄ q
latitudo fortitudinis eſt tanta quanta eſt longitudo ſapiēcie.
Quia quantū ſapiēcia iudicat de aduerſis ac proſperis. tantū
fortitudo exequit̄ in opere et obiecta quot ſunt longitudinis.
tot ſunt et latitudinis. Quia duo anguli aduerſitas et proſpe
tas ſunt vtriuſqꝫ mēſura. Centū vero quadragintaquattuor
milia ſtadia ſunt homīes ꝑcipui in pauꝑtate. qꝛ licet tūc inci-
tabunt̄ xpiani ad amorē pauꝑtatis. que cōtemnit oīa pro-
ſpera et aduerſa ſapiēter et fortiter. tamē mēſurati in ſummo
gradu ꝑfectiōis illius. nō erūt niſi in dicto numero. Pro quo
nota hoc egregiū. Qꝫ deus ꝑ triplici periculoſo ſtatu eccłie
elegit ſemꝑ centum quadragintaquattuor milia precipuos in
ſtatu ſumme ꝑfecte imitationis xpi in pauꝑtate vel obediēcia
vel virginitate. que ſunt tria vota religioſe imitationis chriſti

virginis pauperis et obedientis. Etem̃ pace reddita per con-
ſtantinum vſqꝫ ad ortum beſtie maumeth. ſtatus eccleſie peri
clitatus eſt ab Arrio et ceteris hereticis. qui euangeliũ et ſci-
entiam chriſti maculauerũt. nolentes ſubijci fidei ſed proprie
opinioni. Sed in hoc decurſu licet iohannes viderit turbam
magnã ſubiugantẽ ſe xp̄o ex om̄i populo et lingua nõ ſequẽ-
tem hereſes. tamẽ ad repugnandũ hereſibꝰ et captiuandũ in-
tellectũ ad obedienciã euangelicã. non elegit niſi centũ qua-
dragintaquattuor milia ſignatos euãgelica veritate. ex om̄i
tribu filiorũ iſrabel. ſiue iudeis ſiue gentilibꝰ. vt patet vij. ca-
pitulo. qui obediẽcia euãgelica precipui captiuauerũt intel-
lectum ſuum in obedienciã chriſti. deſtruentes omnẽ ſcienciã
et altitudinẽ. extollentẽ ſe aduerſus ſciẽciã chriſti. Succeſſit
alius ſtatus libidinoſiſſimi maumethi duraturus vſqꝫ ad fu-
turas victorias ſupradictas gog ⁊ magog. In quo ne pericli
tetur virginitatis gradus elegit centũ quadragintaquattuor
milia. Qui empti de terrena cõtagione cũ mulieribꝰ nõ ſunt
coinquinati ſed virgines ꝑmanẽtes et in vtero ſc̄tificati mira-
bili ſuo exemplo ceteros inuitãt ad integritatis amorẽ. qua-
les fuerũt ſacer hieronimus. dominicus. thomas acquinas.
clara virgo. et catherina ſenẽſis. et reliqui futuri nobis inco-
gniti. deo aũt ſoli notiſſimi. Sequet̃ ergo tercꝰ ſtatus in refor
macõe eccl'ie. quo ꝓpter pecunias ⁊ vniuerſale dominiũ ꝙ plu
res auaricie ſtuderẽt. niſi iam agnus illi ſtatui ꝓuidiſſet. et ſi
gnaſſet ac metitus eſſet centũ quadragintaquattuor milia du
ces illuſtres. qui tam p̄claro exemplo paupꝛtatis fulgebũt. vt ce
teri fideles ꝓuocati. facile diuicias ſint ꝯtẽpturi. Et hoc ſigni
ficat arundinis mẽſura. Lapides vero p̄cioſi ſunt ꝑticulares
duodecim angeli cuſtodientes ꝑticulariter duodecim dictos
patriarchas. Duodecim aũt margarithe in duodecim portis
ſunt duodecim reges precipui catholici in ſingulis duodecim
partibꝰ mũdi. qꝛ ſicut in qualibꝫ ꝑte mũdi erit vnus p̃riarha.

et vnus angelus. ita vnus rex. Et ita forma celi noui erit mũ-
dus ſectus in duodecim partes. Et in qualibꝫ parte erit vnus
pr̃iarcha. vnus rex et vn⁹ cuſtos ãgelus. Et hec dicunt̃ duode
cim tribus ſuſcitate a xp̃o iſraelita vero. et nõ ꝓpagate a iacob
ſcõm diſtinctionẽ probatã a nobis ſup iſaia ꝓpheta. Cetera
vocabula explanabim⁹ in lr̃a. Et hec ſufficiãt ꝑ ſecũdo notã
do. Tercio nota. ꝙ hec ſecũda pars huius capl'i explanat for
mam futurã eccl'ie. qꝛ nõ erit celũ cũ quattuor animalibꝫ. et vi
gintiquattuor ſenioribꝫ. ſed alio mõ ſicut lr̃a exprimit ſic di-
cẽs. Et venit ad me vnus de ſeptem angelis habẽtibꝫ ſeptem
phialas plenas plagis nouiſſimis. Hic fuit ãgelus europe vt
ſupra dixim⁹. et forte ipſe eſt michael. qui primo apparuit in
apulia in monte gargano. Deinde apud tumbas. Et hic locu
tus eſt mecũ dicẽs. Tu vidiſti alonge hieruſalẽ xp̃ianoꝝ ſed
mõ veni et oſtendã tibi magis in particulari eccleſiã ſponſam
vxorem agni. Et ſuſtulit me in montẽ magnũ et altum qui eſt
xp̃us ſup quẽ fundata erat ciuitas que eſt eccl'ia reformanda.
Et hoc mihi videbat̃ in ſpiritu. qꝛ corpe eram in pathmos. vt
patet in primo capitulo. Et oſtendit mihi ciuitatẽ ſanctã hie-
ruſalem. id eſt eccleſiam deſcendentẽ de celo. quia tanta refor
matio terreſtris a celo veniet. Et habebat claritatẽ dei. que
eſt diuina illuminatio in credendis et agendis. Et lumẽ illius
ſimile lapidi precioſo tanꝗ̃ lapidi iaſpidi tanꝗ̃ criſtallo. quia
vita illius eccleſie erit precioſa in bonis moribus aperta ſicut
criſtallus in exemplo. et vera ſine ypocriſi ſicut iaſpis. Et ha-
bebat murum magnũ et altum. qꝛ cuſtodiet̃ a magna dei boni
tate. et eius alta dilectõe. Et habebit portas duodecim. que
ſunt duodecim partes orbis ad duodecim ventos celi Et in ſin
gulis portis duodecim nõia ſcripta et p̃deſtinata. que ſunt no-
mina duodecim tribuum iſrael ſuſcitatoꝝ a xp̃o iſraelita et nõ
propagatarũ a iacob. Nam quia xp̃us eſt verus iſraelita et
iſrael idcirco omnes conuerſi ad ipſum dicunt̃ filij iſrael. ſicut

clare ꝓbauimꝰ ſuꝑ iſaia ꝓpheta. Tota igit̄ chriſti eccl̄ia erit
contēta in hys duodecim portis. Nam in oriēte erūt tres por
te que erunt ſubſolana pars. et euri et vulturni. Et ita dicito
ab occidente et auſtro. et ſeptentrione. Atqꝫ ita tota eccleſia
implebit duodecim partes mundi. Et iſta ſic erit diſpoſita. qꝛ
murus eccl̄ie huiꝰ. que eſt diuina cuſtodia. habebit duodecim
fundamēta. qꝛ erūt duodecim pr̄archatꝰ nobiliſſimi equales.
inſingula parte vnꝰ. Et in hys erūt duodecim noīa apl̄oꝝ et
agni. Quia oēs erūt ſub titulo alicuiꝰ apl̄i. et romanus pon
tifex ſub titulo agni. et ita erit vnū ouile et vnus paſtor. Et an
gelus qui loquebat̄ mecū habebat menſurā. Quia angelus
metit̄ merita hoīm. et preſentat ea ante deū. Et eſt arundinea
aurea. qꝛ tūc erūt merita imitatiōis auree paupṫatis xp̄i. Et
menſurat murum et muros. eo qꝫ ille angelus vniuerſalem et
particularē eccl̄ie habet adminiſtrationē. Eſt eñ michael pre
poſitus paradiſi. quē honorificāt angeloꝝ ciues. Et tota ciui
tas eſt poſita in quadro. et erit fundata in ſapiēcia et fortitu-
dine in aduerſis et proſperis bis replicatis vt ſupra expoſui-
mus. Et longitudo eſt tanta. quāta eſt latitudo. tam quo ad
quātitatē cōtinuā qꝫ diſcretā vt ibidē dixim⁹. Et menſus eſt ci
uitatē a porta ad portā ꝑ ſtadia duodecim. Et replicat. qꝫ in
oībꝫ inuenit tantā lōgitudinē quātā latitudinē. et addit̄ al
titudo. qꝛ fides ſapiēcia et fortitudo erūt equalia. Ex quo cō-
cludit̄. qꝫ ſi a porta ad portā. ſunt duodecim milia ſtadia. por-
te aūt duodecim. ergo totꝰ ambitꝰ ciuitatis ſunt centū quadra-
gintaquattuor milia ſtadia. ſiue centū quadragintaquattuor
milia pr̄iarche vel hoīes ſupremi principales imitatores pau
pertatis xp̄i. Et mēſura hoīs electi ad hūc ſupremū gradū. eſt
mēſura āgeli ſiue xp̄i qui eſt āgelus cōſilij. Et ſtructura huiꝰ
muri ſiue hoīs huiꝰ electōis. erat ex lapide iaſpide vero nō ſo-
phico. qꝛ ſine ypocriſi bonis moribꝫ fundabunt̄. Ipſa quoqꝫ ci
uitas laicoꝝ erit ſīlis vitro mūdo. Quia vita eoꝝ clara erit.

Et erit ſimilis auro mũdo ꝑ veram charitatẽ. et nõ fictam mo
dernã ſimulatã. Et dicta duodecim fundamẽta. qui ſunt duo
decim pr̃iarche. erũt ornati om̃i lapide p̃cioſo. qꝛ ſicut dignita
te ita p̃cioſis exẽplis alios excellẽt. Et nota ꝙ iſti lapides pre
cioſi ſignificãt p̃rogatiuas ꝑticulares. qꝛ licet om̃es patriar-
che ſint fundati om̃i virtute. quilibꝫ tamẽ precellet in vna ꝑti-
ta. Jn primo patriarchatu a premordinio vigebit iaſpis qui
acuit viſum. et ſignificat ꝙ p̃cellet alios in dono ſpũs ſancti.
quod eſt ſapiẽcia circa cognitionẽ diuinorũ. Jn ſecũdo p̃do-
minabitur zaphirus. qui aufert ſordes oculorũ. et eſt donum
intellectus. ad intelligendũ humana ordinata ad diuina. Jn
tercio vigebit calcedonius. qui fugat demones. et eſt donũ ti
moris. Jn quarto p̃cellet donũ caſtitatis. ſignificate p̃ ſma-
ragdum. cuius eſt cõtinenciã cõferre. ſcd̃m albertũ in minera
bilibꝫ. Jn quinto excellet humilitas. qꝛ sardonix humilẽ facit
et placitũ. Jn ſexto excedet eterne dulcedinis iterata guſta-
tio. qꝛ ſardius gignit gaudiũ. Jn ſeptimo ſuperabit criſoli-
tus. qui valet contra timores nocturnos. et eſt donũ fortitu-
dinis dicẽs. Si cõſiſtant aduerſum me caſtra. nõ timebit cor
meum. Jn octauo tranſcendet donũ pietatis. que promiſſio-
nem habet vite. que nũc eſt pariter et future. facit em̃ victorẽ
berillus. Jn nono patriarchatu lucebit topaſius. qui pugnat
contra lunaticam paſſionẽ et p̃cipitationẽ. et eſt donum con
ſilij. Jn decimo erit criſopaſſus. qui valet contra lepras er-
rorum. et erit donũ ſciencie. Vndecimus patriarchatus ex-
cellet alios in roborando membra et quietando. quia iacin-
ctus hec habet. Et eſt illa beatitudo in hoc mũdo de qua chri
ſtus ait. Beati pacifici. quoniã filij dei vocabuntẽ. Jn duode
cimo amatiſtus eſt. qui facit vigilem ſuper gregem ſum. Er-
go bene dicit ꝙ om̃es erunt ornati omni virtute. Sed vnus
alium excellet in aliqua. que per ſuum lapidem particula-
rem ſignificatur. quia ſicut in celo manſiones multe erunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0076

ita in eccl'ia preparata ad ſponſum poſt morte̅ magog erit re
gina in veſtitu quide̅ deaurato. ſed circu̅data varietate. Et qꝛ
porte orbis eua̅gelici ſunt duodecim. Idcirco etia̅ ip̄e eru̅t or
nate duodecim margarithis. qui erunt duodecim reges xp̄ia
niſſimi in ſingula parte ſingulus. et platee ciuitatis que ſunt
reliquus pp̄l's erit auru̅ mundu̅ et vitru̅ lucidu̅. Quia vigebu̅t
vere charitatis perfecto̅e. et lucidis operibꝫ ac exemplis. Et
templu̅ no̅ vidi in ea ſcilicet ad incitandu̅ ad deuotione̅. qꝛ ſp̄
eru̅t incitati. Quia templu̅ incitans erit deus om̄ipote̅s quo
ad diuinitate̅. Et agnus quo ad humanitate̅. Erunt t̄n tem-
pla materialia ad co̅ueniendu̅ co̅muniter vt laude̅t et adore̅t
ibi in ſpiritu et veritate. Et ſil'r no̅ egebit ſole et luna. hoc eſt
doctoribꝫ ad remoue̅das tenebras erroru̅. Quia claritas dei
ſiue fidei illuminabit ea̅. et lucerna eius in agibilibꝫ erit eua̅-
geliu̅ agni. Veru̅tame̅ ſicut tu̅c no̅ eru̅t templa ad excitandu̅
frigidos. ſed ad co̅muniter co̅ueniendu̅. Ita tu̅c doctores no̅
eru̅t neceſſarij ad fugandas hereſes que no̅ eru̅t. Sed ſolu̅ ad
illuminandu̅ et expone̅du̅ ſcripturas ſc̄d'm ꝙ agnꝰ immediate
dabit doctoribꝫ lucem vere fidei ac ſcie̅cie. ꝑ qua̅ luce̅ ambula
bunt om̄es reges terre et afferent omne̅ gloria̅ ſua̅ et honore̅
in audie̅dis doctoribꝫ et recipie̅dis illuminaco̅ibꝫ. quas agnꝰ
per illos doctores effundet. Et porte huius eccl'ie no̅ claude̅-
tur ꝑ diem ſiue tp̄s aliquod. qꝛ nox erroru̅. ſciſmatu̅. et tribu-
lationu̅ vltra no̅ erit. Ratio. qꝛ ibi no̅ flagellat deus vbi non
eſt hereſis et malicia. Sꝫ deſtructo gog. nullus inquinatꝰ ſciſ-
mate erit in eccl'ia reformata. neqꝫ facie̅s abominatione̅ mau
methana̅. aut loque̅s me̅dacia iudaica. Quia oe̅s eru̅t ꝯuerſi
qui ſcripti ſunt in libro fidei. ceteris cu̅ magog occiſis vt ſupra
dictu̅ eſt. Et ita ſequit̄. ꝙ vltima eccl'ie reformatio quo ad mo
res. erit inſtar primitiue tp̄e miſſionis ſp̄u̅s ſc̄ti. quinimo me-
lior extenſiue. Quia non erit in ea ſimon magus et facie̅s ini-
quitate̅. Et ideo reducet̄ ad co̅formitate̅ ſtatus innocencie. vt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0077

vni viro exhibeatur ſponſa virgo non habens maculam neqꝫ
rugam. Et ita finis huius vite cõiunget̃ ſuo principio. ſtatui
videlicet innocẽcie. Et nõ loquor de fine huius vite extrinſe-
co ſcilicet futura beatitudine. Sed de fine huius mundi ante
illum. Nam cũ iſti duo fines differãt pluſq̃ genere. ſicut cor-
ruptibile et incorruptibile. idcirco nõ poſſunt cõparari reſpe-
ctu eiuſdẽ circuli. Et idcirco ad litterã exponũt ſolũ illi. qui
dicunt finem mortalis vite cõiungi principio vite eiuſdẽ mor-
talis. Sicut ſupra intelligũt lr̃ales cũ dicit. Ego ſum alpha
et o principiũ et finis effectiue. De fine vero incorruptibili ex
ponitur in ſenſu anagogico nõ lr̃ali. Querit̃. Utrũ in iſto
vltimo ſtatu omnes ſint futuri equales. ſicut quidã litterales
dixerũt. Et videtur q̃ ſic. Nam apoſtolus dicit ad epheſios.
Q2 ipſe deus fecit inequales. et quoſdã fecit apoſtolos. alios
doctores ad edificandũ corpus xp̃iane eccl̃ie. donec in fine
omnes occurramꝰ in vnitatẽ fidei et agnitionis filij dei. Sed
mortuo antichriſto om̃es occurremꝰ in vnitatẽ fidei et agni-
tionis filij. Quia tunc intrabit plenitudo gentium. et omnis
iſrael ſaluus fiet. vt idem apoſtolus predixit. quia ſcd̃m chri-
ſtum tunc in toto orbe predicabit̃ euangeliũ. Et fiet vnum
ouile et vnus paſtor. Ergo tunc edificato corpore chriſti mi-
ſtico. non erit diuerſitas doctorũ et paſtorũ. ſed omnes erunt
laici et equales. Et confirmat̃. quia vt dicitur in littera. tunc
nõ egebũt ſole et luna. ſed illuminacõe agni. Ergo agnus im-
mediate reget. paſcet. docebitqꝫ fideles. Ad hoc ſine du-
bio dicimꝰ. q̃ in illo vno ouili futuro. erit diuerſitas ſtatuum.
dignitatum. et perfectionũ. Primo. quia vt dicit̃ in littera
chriſtus erit ei finis. ſicut fuit principiũ. Sed primitiue eccl̃ie
chriſtus fuit principiũ dando quoſdã doctores. alios apoſto
los. alios paſtores. alios euangeliſtas. vt patet ex toto nouo
teſtamẽto. Igit̃ talis erit finis eccleſie ſancte. cũ diuerſitate
graduũ et dignitatũ. Secũdo. q2 ipſe deus ſicut huius vite

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0078

fuit primus inſtitutoꝛ. ita nouiſſimus emendatoꝛ vt in littera
expoſitũ fuit. Sed inſtitute prime innocẽcie nõ fuiſſent oẽs
equales. vt cõmuniter tenent theologi. maxime noſter acqui-
nas in prima parte. q. xcvj. arti. iij. Ergo in nouiſſima reducti
one ad cõſimilẽ ſtatũ nõ oẽs erũt equales. Tercio. eccl'ia
militans in terrã imitatur eccleſiã triũphantẽ in celis. vt ait
bt̃s dyoniſius de eccleſiaſtica hierarchia. Sȝ vna magna per
fectio triũphantis eſt. qꝛ in ea ſunt manſiones multe inequa-
les. Ergo ita erit in vltimo ſtatu eccl'ie militãtis. Et cõfirmat̃
quia fundamẽta illius eccl'ie erũt duodecim lapides. qui duo-
decim dignitates et gradus ſignificãt. Sed illi ſunt diſtincti
coloꝛib9 et p̃cioſitatib9. Ergo illa vnita eccl'ia erit vna in ve-
ſtitu de aurato fidei. ſed circũamicta varietatib9 donoꝝ et gra
duum. Ad primum dicendũ. q̃ hec dictio donec ſignificat
ceſſationẽ. vt dicebat eluidius. Sed vt dicit hieronim9 cõtra
eum ceſſatio eſt duplex. Vna a toto. Alia ab eſſe incõpleto ad
perfectius. Exemplũ de ceſſacõe a toto eſſe. ſicut dicẽdo. Ego
ieiunaui donec ad nonam pulſaret̃. ſignificauit. q̃ aduenĩete
nona ceſſaui a toto ieiunio ad cõmeſtionẽ. Exemplũ de ceſſa-
tione ab eſſe incõpleto. eſt illud. Sede a dextris meis donec
perdam inimicos tuos. Non eñ ſignificat. impera mecũ do-
nec perdam gog et magog. et tũc ceſſa ab imperio. qꝛ eſſet he-
reſis. Sed ſic exponit̃. impera mecũ imperio afflicto incõpleto
bellando quouſqȝ ponã inimicos tuos gog et magog ſcabel-
lum pedum tuoꝝ. et deinde complete ac pacifice imperabis
mecũ. Similiter exponit̃ illud Factus eſt obediẽs vſqȝ ad moꝛ
tem. vbi nõ intelligit̃ q̃ poſt moꝛtẽ ceſſauerit eius obediẽcia.
et ſit effectus rebellis. ſed q̃ vſqȝ ad moꝛtẽ obediẽcia fuit mi-
xta laboꝛib9 a qua ad maioꝛẽ obedienciã eſt deductus premij
et gloꝛie. Similiter expone illud. Ioſeph nõ cognouit eam
donec peperit. erga cognouit eam poſtq̃ peperit. ſed dicito an
te nõ cognouit eam cũ admixtione cognoſcendi poſt partum.

ſed poſt etiam non cognouit eam perfectius nō audēs ei commiſceri. quā matrē dei cognoſcebat. Et ita expone autoritatē apoſtoli ꝙ paſtores et doctores dati ſunt in edificationē corporis xp̄i tribulati. et diuiſi ſub forma quattuor animaliū et vigintiquattuor ſeniorū. cōtra beſtiam bellantiū. et hoc durabit ſub hoc eſſe imꝑfecto. donec occurramꝰ oēs vnitatē fidei. et celū primū abibit. et terra iam nō erit ſub hoc triſti eſſe. ſed ad meliorē formā ꝑueniet ſub forma duodecim portaꝝ et duodecim fundamētorū et duodecim margarithaꝝ. et eorū que ſupra ſcripta ſunt. Alia ratio ſoluta eſt in littera. qꝛ nō egebūt ad fugationū errorū. ſed ad illuminatorū profectū et augmentum. Quia in illo ſtatu erunt incipiētes. proficiētes. perfecti. non tamē recidiuantes. Et hec ſufficiāt pro preſente caplo.

## Capitulū vltimū. De vita et moribus eccleſie iam reformate.

Et oſtendit mihi flumē aque vite ⁊c̄. Ordinatis iam regnis et pontificatibꝰ p̄cipuis duodecim in vniuerſo mūdo. qui ſunt duodecim tribus iſraelite chriſti. Nunc in hoc vltimo capitulo facit tria. Primo ponit mores illius eccl'ie. Secūdo replicat quedā ſupradicta ibi. Et dixit mihi. Tercio ponit eccl'ie preparate deſideriū tam primitiue q̄ intermedie et vltime ibi. Et ſpiritus et ſponſa. Primo igit̄ ponit mores eccl'ie vltime ad ſimilitudinē ſtatus innocencie. Ubi nota ſcđm doctores. ꝙ in ſtatu innocēcie fuit gracia iuſticie originalis. qua volūtas hoīs fuiſſet deo ſemꝑ inherēs per charitatē. et proximo ꝑ dilectionē. Et ideo opera eiꝰ fuiſſent meritoria et edificatoria et ſtabilia. Et ſilr̄ in illa eccl'ia erit baptiſatis hoc donum. Et ita mores eius erunt cōpoſiti beate. tam in contēplatiuis q̄ actiuis. Et ſic legatur littera. Et angelus oſtendit mihi flumē aque vite. que eſt baptiſmus

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0080

procedentẽ a throno dei. cuius virtute remittit̃ pc̄tm origina-
le. et a throno agni cui⁹ ſanguinis virtute ac paſſionis habet
iſtitutionẽ et efficaciã vt dicunt doctores ſup. iiij. ſentẽciaꝝ.
Et eſt ſplendidũ tanꝙ criſtallus. Quia corpus tangit. et cor
abluit vt ibidẽ dicit̃. Hic eſt impetus illius fluminis qui totã
ciuitatẽ eccl'ie letificat vt ait dauid pſalmo xlv. Et lignũ vite
quod eſt charitas infuſa: eſt in medio platee eccl'ie. qꝛ erit in-
delibiliter impreſſa corda fideliũ. Et eſt ex vtraqꝫ parte flumi-
nis. quia ex vna parte erit aqua amoris dei ſalientis in vitam
eternã. ex alia parte erit amor proximi. quem diliget tanꝙ ſe-
ipm̄. Iſte due partes vere aque. de quibꝫ xp̄s teſtimoniũ per-
hibet dicẽs. In hijs duobꝫ mãdatis. tota lex pendet et ꝓphe-
te. Et facit fructus duodecim ꝑ ſingulos menſes. qꝛ omni tp̄e
cõſequent̃ duodecim fructus charitatis. quos apl'us ad gala-
thas v. capl'o enumerat. qui ſunt. Gaudium. amor. pax. paci-
encia. benignitas. bonitas. longanimitas. manſuetudo. fides.
modeſtia. cõtinẽcia. caſtitas. Et folia eius que ſunt aperta ex-
empla charitatis. erũt ad ſanitatẽ gentiũ. cũ alter accendet. et
inflamabit alterũ. Sicut carbo carbonẽ. Et ita nõ erit vltra
maledictũ et pronitas ad malũ. ſed ad bonũ. Erit merum im-
perium et ſedes agni. nõ commixtũ vicijs. qꝛ ſemꝑ videbũt fa-
ciem dei. qꝛ videbũt et ſtudebũt ſemꝑ ſcripturis quibꝫ relucet
facies et volũtas dei. Et habebũt ſcriptũ in frontibꝫ ſuis no-
men eius. qꝛ ſemꝑ ſtudebũt aperte quomõ placeãt creatori. Et
nõ erit vltra nox erroris. neqꝫ egebunt lumine lucerne huma
no indito. neqꝫ lumine ſolis acquiſito per ſtudiũ philoſphie.
Quia dñs deus illuminabit illos lumine infuſe fidei ac docto
rum. et regnabũt in ſecula ſeculoꝝ. Quia in hoc mũdo et in
alio. Hec eſt igit̃ prima pars capl'i ꝙ om̃es mores eorũ bene
ac beate a ſpiritu ſancto inſtituti erũt. In ſecũda parte epi
logat multa que ſupra dixit. Primũ eſt ꝙ angelus ſibi di-
xit. O iohãnes hec verba ſiue decreta a deo ſunt tam fidelia

q̃ vera. Fideliſſima quidē. quia fideliter a me tibi recitata vt
deus me docuit. Vera aūt. qꝛ implebunt̄ ſine diminucōe ali-
qua ſucceſſiue nō ſimul. Secundū eſt. ꝙ dn̄s deus miſit in
hoc libro ſpiritū ꝓphetarū veteris teſtamēti. Quia deus vo-
luit hic colligere que ſparſa erāt in veteri teſtamēto. de ſtatu
eccleſie meſſie. et miſit angelū ſuū oſtendere ſeruis ſuis chri-
ſtianis. quoniā illa oportet cito inchoare. qꝛ ego iohānes ve-
nio cito ad inchoandū. Quia ſub ſancto iohāne ceperūt here
ſes et ſciſmata eccleſie. vt patet tam in epiſtolis canonicis q̃
cronicis. Tercio replicat. ꝙ beatus eſt qui legit et qui au
dit verba ꝓphecie huius. Et rationē aſſignauimꝰ in ꝓhemio
huius editionis. Quarto replicat. ꝙ volūt exhibere reue
renciā angelo. quod prohibuit. Et exponat̄ vt ſupra. Capitu
lo xix. Quinto. quia iam preuidebat iminere eccleſie ſcan-
dala et perſecucōes. Idcirco ne horū euentu ſcandaliſarent̄.
ſed preſcirēt p̄ordinata a bono gubernatore deo ait. O iohā
nes caue ne occultaueris verba huius ſancte ꝓphecie. qꝛ cito
inchoabunt̄ oīa. Interim vero ſciāt duo. Primū quidē. ꝙ
in eccleſia ante reformationē erit zizania mixta tritico vt qui
nocet modo per hereſes et perſecucōes. nocebit etiā in poſte-
rum. Et qui ſordeſcit modo vicijs et ſciſmate etiā in poſterū
ſordeſcet. quia a tempore ſancti iohānis perſecucōes et ſciſma
ta creuerūt et creſcent vſq; ad reformationē vltimā poſt occa
ſum magog. Et ne putes ꝙ zizania ſuffocet triticū. ait. Et qui
modo eſt iuſtus et fidelis latinus. etiā in poſterū fidem ſerua
bit qui modo eſt ſanctus ꝑ verā ſacerdocij ſanctā in vnctionē
etiā in poſterū vero ac ſcto pōtificatu ſanctificabit̄. Sexto
ait. ꝙ cū viderint hec mala et bona mixta. non dubitēt eccle-
ſiam diu agitatā ad ſummū leuandā. et zizaniā euellendā ex
toto. Ideo ſic legat̄ littera. Ego ſum alpha et o. id eſt primus
qui creaui adam et vltimū electum. Ego ſum primus mundi
rex ſine cōtradictore. Ita ero nouiſſimꝰ eccleſie rex pacificus

Ego fui inicium innocencie. Ita ero finis reducendo eccle-
ſiam ad innocēciā. Ideo beati erūt homines illius temporis
qui lauant pro lauabūt et dealbabūt ſtolas ſuas in ſanguine
agni. id eſt in baptiſmo habente efficaciam in ſanguine agni.
Quia habebūt poteſtatē ligni vite. eo ꝙ erūt pleni charitate
ſine vicijs. Et item intrabūt in monarchiā vniuerſalē per om
nes partes mūdi. eo ꝙ oīes erūt chriſtiani boni. pre occiſis
et eiectis cum gog omnibꝫ perſecutoribꝫ. Et ita granum col-
ligetur in horreum eccleſie chriſti. et a meſſoribꝫ colligetr̄ ziza
nia ad comburendū cum magog. et eijcientur foras eccleſiam
turchi et infideles oīes. qui ſunt canes cōtra chriſtianos. Et
ad litterā ſunt veneficij. impudici. homicide. et ydolatre. blaſ-
phemantes chriſti diuinitatē. et faciētes mendaciū alchorani
Et ne vos o chriſtiani ſcandaliſemini futuris malis. Idcir-
co ego ſponſus veſter. ante tempus miſi angelum prenūciare
hec eccleſijs oībꝫ. Similiter ne dubitetis de tanta luce poſt
diuturnas tenebras. reminiſcamini. qꝛ ego ſum de genere ac
radice dauid. ac ꝑ hoc ſicut ille nō venit ad regni pacificū ſta-
tuum. niſi expulſus ſepta ſaule et filio ꝑprio et longa cōcerta-
tione laceſſitus. Ita ego vobiſcū non veniā ad vniuerſalē mo
narchiā. niſi primo eccleſia ſit martyriſata ab hereticis diſciſ-
ſa et a ſaracenis longa cōcertacōe laceſſita et tūc ponā inimi
cos meos ſcabellū pedū meoꝝ. Reminiſcamini quoqꝫ. qꝛ ego
ſum ſtella ſplendida matutina. qui mane Conſtantini ꝑſecu-
tores ſtraui. Ita veſperi oēs ſternā inimicos. Ego ſum ſtella
illa de qua numeri libro ſcriptū eſt. Orietr̄ ſtella ex iacob. et ex
urget virga de iſrael et ꝑcuciet duces alienigenaꝝ tam turcho
rum et ſaracenoꝝ ꝙ oīm ecclīe mee hoſtium. Et hoc de ſecū-
da pte capli. In tercia pte ponit deſideriū xp̄ianoꝝ. Et pri
mo eoꝝ qui tūc erūt reformati. qui deſiderabūt futurā vitā pre
dulcedie dei dicēs. Et ſpūs ſiue affectio et ſpōſa illa reformata
dicat pro dicet. Veni dn̄e ieſu ad iudiciū. qꝛ nihil aliud reſtat.

Deinde exprimit deſideriū noſtrū. qū̄i quā̄to deſiderio expec-
tamus vitorias futuras et reformationē ipſi nobis teſtes ſu-
mus. Et de hijs ait. Et qui audiet tam preclaras futuras vi-
ctorias. decet xp̄o. O dn̄e ieſu veni cito cum exercitu ſancto.
Tercio ponit deſideriū eorū qui erant futuri ſub conſtantino
qꝛ iam habētes totū orbem deſiderabāt cōſeruari in gracia.
Et hoc eſt quod ait. Et qui ſitit graciā veniat ad xp̄m. et acci
piat aquā vite gratis. qꝛ nō precio emitur. ſed ſola voluntate
bona. Ceterū qꝛ iam ſuo tempore erant heretici qui corrūpe-
bant apoſtolicos codices vt patet ex euāgelijs et epiſtolis eis
attributis. Idcirco ſubdit in precationē cōtra eos. qui hanc
ſanctā ꝓpheciā corrupturi eſſent dicēs. Ego iohānes conte-
ſtor om̄ib⁹ huius ſancte ꝓphecie corruptorib⁹ hoc modo. Si
quis appoſuerit contrariū ad hec falſificando ea. apponet illi
deus plagas. que ſunt ſcripte in libro hoc. Et ſi quis diminue
rit malicioſe ſubtrahendo aliquid de ſignificato littere. vel ne
gando. vel occultando ipſam que facta eſt ad cōſolationē fide
lium ne ſcandaliſent̄ in ꝑturbato ſtatu eccl̄ie. auferet ei deus
partē de ciuitate ſancta ne computet̄ xp̄ianus. et de libro vite
fidei vt computet̄ infidelis. et de hijs que ſunt ſcripta in libro
iſto bona anime et corpis abſcidet̄. Et ieſus qui eſt horū iu-
dex et teſtis cōfirmat hanc ſentenciā dicēs. Etiam volo et ita
fiat. Vltimo exprimit deſideriū totius eccl̄ie ponēs primo xp̄m
ita eam allicientē. O eccl̄ie mee. ecce venio nūc ad inchoanda
flagella veſtra. vt vltimo tp̄e vos emendatos exaltem in mo-
narchiā vltimā orbis. Cui iohānes in ꝑſona totius eccl̄ie re-
ſpondit dicēs. O dn̄e ieſu veni et inchoa media. termina que
decreuiſti bona eccl̄ie tue ſancte. Et cōcludit iohānes epiſto-
lam dicēs. Gracia dn̄i noſtri ieſu xp̄i. ſit cū om̄ib⁹ vobis amē.
que vos ꝑueniat cōcomitet̄ et ꝓſequat̄ ad dei volūtatē exe-
quendā qui de proximo inimicos ſuos ſcabellū pedū ſuoꝝ poſi
turus eſt. triūphaturuſqꝫ in ſctis xp̄ianis in ſcl'a ſcl'oꝝ. Amē.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0084

Explicit ſecūdus tractatus. qui eſt de futuris triumphis ſcđm litteras diuinas. Nunc incipit ſcđm aſtronomos.

Incipit vltimus tractatus. qui eſt de imperio turchorum ſcđm aſtronomos. eiuſdē magiſtri Johannis qui ſupra.

Ere octo anni elapſi ſunt. quibus legi Genue tractatum ſequentē. quē dedicauerā domino Nicolao piſtorienſi ſancte romane eccleſie cardinali theano vulgariter nuncupato. diſtinctum per ſequētes concluſiones.

Prima concluſio.

Ei prouidēcia. de lege cōmuni gubernat hec inferiora corpora mediāte ſyderū influxu. Hec cōcluſio ſic probat̄. Omne multipliciter variatū et difforme reducitur ad ſimpliciter inuariabile et vniforme per media minus variabilia et magis vniformia. ſcđm Ariſtotilem. Cum non ſit tranſitus de extremo ad extremū niſi per media de lege cōmuni. Sed hec corpora inferiora ſunt ſimpliciter mutabilia et difformia. Deus aūt ſimpliciter immutabilis et vniformis. Corpora vero celeſtia neqꝫ ſimpliciter mutabilia. neqꝫ ſimpliciter difformia. Quare corpora inferiora de lege cōmuni regunt̄ a deo mediāte influxu celeſti. Hec eſt cōcluſio et ratio beati thome in iij. cōtra gentiles. Et. q. diſput. de veritate. Ac etiā prima parte. q. xxij. arti. iij. Et in corpore queſtionis dicit. Qꝫ execucio diuine prouidēcie ꝑ media nō eſt ꝓpter defectū ſue virtutis. Sꝫ magis ꝓpter abundanciā ſue bonitatis vt cōmunicet creaturis dignitatē cauſalitatis. Quia bonū eſt ſui ipius diffuſiuū in alios vt ait dyonſius. Auguſtinnus

quoqꝫ iij. de trinitate ait. Corpora hec inferiora et craſſiora per corpora ſubtiliora et potentiora. quodã ordine aguntur. Et dyoniſius viij. capitulo de diuinis nominib9 ait. Radius ſolaris generationẽ viſibilium confert ad vitam. vomet. nutrit. et auget. Et auguſtinus v. de ciuitate dei ait. Non vſqꝫquaqꝫ abſurde dici poteſt ad ſolas corporũ differẽcias. afflatus valere ſydereos. Et damaſcenus in ij. ſentenciarũ ſuarum ait. Aly et alij planete diuerſas complexiones. habitus et diſpoſitiones in nobis conſtituunt. et hoc modo corpora celeſtia agunt in libertatẽ noſtram inclinando ſolum per diuerſas diſpoſitiones. et non neceſſitando. eo modo quo ait ariſtotiles in ij. de anima. Molles carne. aptos mente dicimus. Similiter intelligit̃ verbum xxxviij. centiloquij dicentis. Cum fuerit mercurius in natiuitate alicuius in aliqua domorũ ſaturni et ipſe fortis in eſſe ſuo. dat bonitattem intelligencie in rebus medullitus. Hec beatus thomas iij. contra gentiles a capitulo lxxx. vſqꝫ ad lxxxiiij. per totum.

## Secunda concluſio.

Ei prouidencia gubernat corpora celeſtia et omnia viſibilia per angelicam creaturam de lege communi Hec concluſio probatur ſic. In eſſencialiter ordinatis ſemper minus dependet a nobiliore. Sed corpora celeſtia et alie creature. et angeli eſſenciales ſunt partes vniuerſi. Igitur omnes creature viſibiles ignobiles. reguntur a nobiliſſima natura angelica. Ea ratione coacti philoſophi poſuerunt intelligencias mouere orbes. Et hoc aſſerit cum alijs theologis Gregorius in iiij. dyalogorũ dicens. Nihil in hoc mundo viſibili. niſi per inuiſibilem creaturam diſponi poteſt. Et auguſtinus iij. de trinitate ait. Omnia corpora per ſpiritum vite rationalem reguntur et ſpiritus rationalis peccator per

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0086

ſpiritum vite rationalem iuſtum. Hec noſter aquinas iij. con
tra gentiles capitulo lxxvj. et lxxx. Et in queſti. diſput. de ve-
ritate. q. v. arti. viij. Ex hac concluſione ſequitur. Qꝫ qui iu-
dicat per motus ſydereos non peccat. ymo ſit ne dum aſtro-
logus. ſed optimus theologus. qui iudicat executionē diuine
prouidencie de lege communi. Ne hij vocantur mathematici
ab eccleſia. quos etiam iam aſtrologia reprobat vt probaui-
mus in noſtro opuſculo de celaturis gemmarum. Et hac via
reprobi ſunt omnes. qui latrant contra ſentenciā litteralem
aſtrologiam. qui ſemper ſunt adiſcentes. et nūq̄ ad veritatē
peruenientes vt ait apoſtolus. qui cū nihil de mathematicis.
tum vel maxime de phiſicis et theologia nihil mouerunt niſi
quedam communia et confuſa.

## Tercia concluſio.

Non repugnat fidei dicere deum punitiones hominū
facere in peſte. fame. ac flagellis infidelium per influ-
xum ſtellarum et angelorum. Nam vt dicitur in li-
bro ſapiencie. Deus armat creaturam in vltionem impiorum
Et hoc modo dicit Albertus in libro de cauſis diluuij et in-
undationū. ꝙ non eſt impium ymo verum dicere. ꝙ diluuium
a cauſis naturalibus. que fuit coniunctio ponderoſorum pre
cedens diluuium per ducentos ſeptuagintanouē annos. Et in
hoc apparet mira dei ſapiencia. que aptauit motus celeſtes
tali proportione. vt eo tempore induceret vindictā. quo pre-
ſciebat homines mereri. Et ita diluuiū proceſſit ab eterna pro
uidencia et temporali executiōe celorū. Et quia celeſtis influ-
xus ad pluuias. ab Alchabitio et aſtrologis vocantur value
ſiue cataracte celi. Idcirco moyſes edoctus aſtrologiā voca
bulo naturalis influxus vſus eſt dicēs. Et cataracte celi aper-
te ſunt. Ex quo ſequit̄. ꝙ ſicut ex diuina prouidencia de lege



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0087

communi preordinauit malos influxus ad vltionē impiorum ita bonos preordinauit ad premiū bene ac iuſte viuencium.

## Quarta concluſio.

Celeſte regnū etſi ſpecialiter ſpiritu ſancto regatur tamē peccatis exigentibꝰ pro emēdatione relinquit̄ celeſtibus influencijs malis. Hoc licet probetur ex precedēte cōcluſione. tamē ex diuinis litteris forcius robora-tur quādo angeli de babilonia dicunt. Hieremie lj. capitulo Curauimus babilonem et nō eſt curata. derelinquamꝰ ergo eam. Et Iſaie v. caplo dicit deus. Auferam ſepē eius iſrael. et erit in conculcationē. Et beatus thomas prima parte. q. c. xiij. arti. vj. ait. Angeli dicuntur non cuſtodiſſe iſraelem et babilonē. quia nō obuiauerūt qui tribulationibꝰ ſubiacerent Et ita relinquunt̄ cōmuni legi dei. que per angelos. ſtellas demones. et tyrannos exercetur.

## Quinta concluſio.

Viſu dei celeſtis leo influit turchis et chriſtianis. Primū patet. quia albumaſar de cōiunctionibꝰ ma-gnis tractatu quarto de climatibus ait. Leo habet ex terris locum turchorū et deſertum eorum. De chriſtianis dicit Ptolomeus in ſecūdo libro. quadripartiti. capitulo iij. Generaliter inquit triplicitatis orientalis dominat̄ quarte occidentali. Ut ſunt Britones. germani. ytali. galli. torini. hyſpani. Torini ſunt vngari. Et propter ſtellas dominatri-ces qui ſunt Jupiter. mars. et ſaturnus accidit vt non humi-lientur et libertatē appetunt. et arma cōcupiſcunt et ſint bel-licoſi periti regiminis nitidi et mundi. Et regiones ſubiecte leoni ſunt Apulia. ytalia. gallia. ſicilia. hec ibi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0088

Sexta concluſio.

Leonis prima medietas deſeruit turchis. Secunda vero chriſtianis. Hec cõcluſio probat̃. Quia prima medietas illuc influit, quorſum tendit et ſimiliter ſecunda. Sed prima vergit verſus cancrũ et ſeptentrionẽ. Secunda verſus virginem ac meridiem. Igitur prima deſeruit ſeptentrionali regno. Secũda meridiano. Sed ſedes regni turchorum eſt andrinopolis ſeu conſtantinopolis que eſt ſeptentrionalior reſpectu ſedis chriſtiane que eſt roma. Ergo prima pars eſt turchorum. Secunda chriſtianorũ.

Septima concluſio.

Orbis maximus dominatur mille annis. Hoc patet per aſcenſiones facierũ ſignorũ ſcd̃m Ptolomeum. Alboali et Indos. qui fuerũt ante eos et chriſtum. Ubi nota ꝙ quelibet facies ſigni dominat̃ mundo annis trecentis triginta et quattuor menſibus. Et ita totum ſignũ dominat̃ mille annis. In quibus apparet effectus ſigni et faciei. Unde in primo milenario mundi in quo dominatꝰ eſt aries et mars inuenta eſt ars fabrilis a Thubalchaim. Et rapina et homicidia et ſtupra a Chaim. Nam ſub marte ſunt iſta. In ſecundo milenario taurus cũ venere dominabat̃. et tũc poſt diluuiũ vinee. fructus. agricultura. et edificia. et turris babel. cõſtructa fuit a Nemrot. Et vinea a Noe. que om̄ia ſunt ſub tauro et venere. In tercio milenario regnauit mercurius et gemini ſub quo fuerunt doctiſſimi philoſophi. legiſte. geometre. et huius qualis fuit Moyſes. mercurius. termegiſtus. Solon. Pictagoras. et ceteri ſapiẽtes. Quarto milenario fuit cancer. ſub quo ſunt naues ⁊ aque. ſub quo Xerſes mare nauibus conſtrauit. Quinto milenario fuit leo. ſub quo ſunt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0089

potenciora regna et dominia. In quo romani orbem domine
runt. Et in principio ſexti milenarij fuit prima facies virginis
ſub qua fuit pax vniuerſalis. ſubtilitas ingenij. et apparitio
chriſti. Vnde indicebant. teſte Ptolomeo. et Albumaſar.
Aſcendit in prima facie virginis. virgo immaculata corpore.
vultu decora. puerum lactans. et dat ei ad comedendum ius.
Nam ſcd̄m Oroſium et tranſlationē ſeptuaginta interpre-
tum et Euſebium anno mundi quinqꝫ milibus centeſimo no
nageſimonono. Qui fuit Octauiani annus quadrageſimuſſe
cundus natus eſt chriſtus. et tunc peruenit profectio facierū
ad ſextum gradum virginis in quo aſcendit dicta virgo vt di-
ctum eſt. Et quia eo tempore ibi erant due ale virginis de na-
tura mercurij et martis. profecto ſignificabat̄ ex figura alata
ꝙ religio chriſtiana inclinaret̄ ad eleuationē mentis et reli-
gionis. Ex mercurio vero ad profunditatē ſciencie. et ex mar-
te ad conſtanciā martyrij. quod ſub herode ab innocētibus
cepit. qui vt ait Beda in omelia eorum. futuram chriſtiano
rum cedem. martyrumqꝫ ſtragem ſignificauit. Et circa mundi
annos quinqꝫ milia ſeptingentos. venit ꝓfectio ad terciā fa-
ciem virginis. in qua aſcēdit mulier alba et compta ſed ſurda
In qua preualuit pſeudo ꝓpheta et beſtia effeminata ſecta
maumethi. que in primis ornatui et libidini vacat. et deinde
eſt ſurda nolens rationes audire. ſed gladio legem defenſare
iubens Nec ſic de varitate religionū et chriſti natiuitate iudi
care eſt contra fidem vt quidā inconſiderate pronūciant. qꝛ
ꝓpter hoc xp̄us non fuit ſtellis ſubiectus ſed libere ab eterno
ſtellarū influxum hunc ordinauit et elegit ſub quo carnē ſuſci
peret. et fidem ſummam predicaret. nec propter ſe hoc elegit.
ſed propter noſtram ſalutem. vt nulla hominibus eſſet excu-
ſatio ad credulitatem. quibus etiam fauebant celi iuſſu dei.

Octaua concluſio.

Rbis magnus dominatur trecentiſſeptuaginta an-
nis. Et dicitur magnus ad differenciã orbis maxi-
mi precedẽtis Et hec concluſio probatur ex Hali.
et alijs facientibꝰ directiones a diluuio.

Nona concluſio.

Unt centum ſeptuagintaunus annus quo dominiũ
cepit ab orbe magno in leone. et reſtant nouem anni.
quo incipiet profectio ad ſecũdã medietatẽ leonis.
Prima pars ꝓbat̃ ex hoc. ꝙ de orbe magno iam cõpleti ſunt
tredecim orbes. atq; ita totus cancer eſt cõpletus. Item ab
illo tpe vſq; ad hunc preſentẽ annũ ſalutis. M.cccc.lxxj. re-
ſtant de orbe leonis. C.lxxj. annus. Ergo iam ſunt. C.lxx .an
nus. quo poſt cancrũ orbis leonis cepit. Secũda pars cõcluſi
onis probat̃ ex hoc. ꝙ medietas orbis magni eſt. C.lxxx. an-
norũ. Sed iam de leone tranſierunt. C.lxxj. annus. Ergo re
ſtant nouem anni quibꝰ complebit̃ prima medietas. Et iam
imperiũ horum turchorũ cepit iam ſunt. C.lxxj. annus. In
quo peruenit directio facierum ad locum in quo aſcendit vir
vehemens arcu vtens et nudus. qui eſt imperiũ ipſorum arcu
vtentium et denudandorũ ſub ſeptimo rege. vt in apochalipſi
expoſuimus.

Decima concluſio.

Auor turchorũ incipiet decreſcere anno ſalutis. M
cccc.lxxx. Et incipiet paulatim deuolui ad xpianos.
Hec cõcluſio ꝓbat̃ duplici via. Primo via naturali
ſic. Anno dicto cõplet̃ prima medietas leonis. et anno ſequẽ-
te ſcʒ. M.cccc.lxxxj. incipit alia. vt ſupra expoſitũ eſt. Sʒ pri
ma medietas eſt turchoꝝ. Scda xpianoꝝ. vt ſupra diximus.

Ergo fauoꝛ turchoꝛũ incipiet decreſcere circa dictũ tempus.
Et fauoꝛ chriſtianoꝛũ incipiet expergiſci et ſuſcitari. Secun-
do probatᷣ per ſanctã ꝓpheciã euãgeliſte iohannis quã ſupꝛa
expoſuimꝰ apochalipſis capitulo xviij. Qꝛ ſub filio huius tur-
chi ceſſabit eoꝛũ imperiũ. Sed iam huic rei ſumus ꝓpinqui.
Quia vt euidencia facti oſtendet. erit iam huius turchi vita
bꝛeuis. Ergo circa dictũ tempus fauoꝛ latinoꝛũ incipiet cre-
ſcere. Nec ſtupoꝛ ſit adductus eius in apuliam. quia pꝛima via
ſalutis (quod minime reus) grata pandetur ab vꝛbe. Puto
enĩ ſicut excidium Troie pꝛimũ ab apulis venit. ita turchoꝛũ
excidium ab apulie pꝛincipe inchoabitur vt publice. Et legi
genue et ſcripſi ad eundẽ dñm cardinalẽ. in cuius iudicij co-
pys publicis hoc etiã additũ eſt et publice lectũ. Qꝛ ſi vita cõ-
comitabitᷣ glorioſo regi Ferdinando. clarioꝛ euadet alexan-
dro. Hec nõ ſunt nouiter ꝓnũciata. ſed publice ſcripta et le-
cta a me. M.cccc.lxxj. in eccleſia noſtra in lectiõe publica vt
teſtis eſt fere tota nobilitas genue. Hec aũt beatiſſime pater
ac incliti reges et illuſtres ſenatus replico. vt accenſis animis
magis in truculentiſſimũ hoſtem chriſtiani nominis inſurga-
tis. Neqꝫ tam fidei ꝙ regum et nobiliũ hoſtis eſt dicendus.
Non enĩ vilium capita ſitit. Sed decolat reges. truncat pꝛin
cipes. eoꝛum theſauros ſurripit. ſenatuũ eraria publica gem-
maſqꝫ pꝛedatur. nobilium vxoꝛes et filias ſtupꝛat. et lupana-
ri infamia polluit. Nolite o chriſtianiſſimi reges ac pꝛinci-
pes et clari ſenatus opinari. Qꝛ res pontificis et fidei agatur
ſed magis veſtra. Quod profecto intelligeritis. ſi exempla pa
triarum quas cepit ante oculos poneretis. Neqꝫ enim vobis
minoꝛa inferet ſupplicia. et rerum veſtrarũ non minoꝛes con-
cedet rapinas. aut ſtupꝛa minoꝛa ante oculos filiarum et vxo-
rum veſtrarũ. ꝙ in ceteros reges. pꝛincipes patricios et ſena
tus effecerit. Cur igitur in iram contra hoſtem generis hu-
mani. ymo contra hoſtem regum et nobiliũ non conſurgitis.

Cur moramini vltionē fidei. et ſanguinis nobiliū chriſtianoꝝ
Cur legationes veſtras cū oliuo pacis non cōmittitis. Forte
terret vos frequēs eius victoria. Sed olim cōtra feminas gre
cos pugnauit. quibꝫ deus erat iratus ob hereſim. Nunc cum
viris ſibi cōſerendū eſt. qui naniculā ſancti petri fluctuantē iu
uant. quibꝫ preſto eſt ſaluator. Sed formidatis forte diuicias
eius. Eya agite miles xp̄i ille potius vos accendāt. quoniā
xp̄ianis noſtris ſurripuit. Non em̄ vt iohānis ſc̄te ꝓphecie ac
cedamꝰ. nō inq̄ ei deus hereticoꝝ regna diuiciasq̄ cōceſſit vt
poſſideat qui eſt in interitū cito iturus. Sꝫ vt geminarū et la-
pilloꝝ illoꝝ ſplendorē diuiciasq̄ cuſtodiat vobis xp̄i pugnato
ribꝫ. qr diuicias quas deuorauit euomet. et imperia ꝓuinciaſ-
q̄ inuitus vobis reſtituet. At forte multitudinē exercitus et
apparatꝰ eiꝰ timetis. Sed ſi hoc athenienſes aut alexander ti-
muiſſent. neq̄ athenienſes infinitā claſſem Xerſes potētiſſimi
deleuiſſent. Neq̄ alexander innumeras Darij copias ſtrauiſ
ſet. aut monarchiā eius potētiſſimā euaſiſſet. Non em̄ eſt in
multitudine victoria belli inquit preclariſſimꝰ hebreus ille im
perator iudas machabeus. Sed a celo eſt. et animi virtute
Sumptus inquis deficiūt annui. Sꝫ dabunt̄ ex hoſtiū preda.
Nam boni imꝑatoris eſt ſumptus militibꝫ dare primos. De-
inde ad hoſtiū predā allicere. animoſq̄ accendere. ſed nō ante
prede vacare q̄ bellum ſit confectū. primis agreſſoribus do-
na largiri. captis patrijs vt ſub dictis mulcta imponere. Hijs
artibus alexander magnus. Hijs artibus gotfridus de billon
dux lotoringie poſt occaſum ſui exercitus in ponto. Hijs arti
bus hic turchus Hijs tandē ⁊ vos artibꝫ vos veſtroſq̄ ditabi
tis. animos militū accēdetis. aduerſarios nedū territabitis ſꝫ
etiā debellaturis et modicis ſumptibꝫ expeditiōes maximas
conficietis. Tantū ſit vobis animus vt deus qui pollicet̄ vi-
ctoriam vobis preſto erit. Sed diſſidia noſtra dicetis obſunt.
Equidem non proſunt. Sed celerrime ea finietis ſi legatos

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0093

ad pontificẽ mitteretis cũ plena autoritate. vt ſimul oĩes ſorte data eligãt imꝑatorẽ conſtantinopolitanũ. cui oĩes faueãt. crucem pro eo in turchos predicẽt. qui capta conſtantinopoli genuẽſibꝰ ac venetis adiutoribꝰ que ante ſua fuerãt reddat et cetera pacis iuuamina offerat. Nam vt ait philoſophus xj. methaphiſice. Pluralitas principatuum cum ſit mala. Unus oportet ſit princeps ad res oĩes bene diſponẽdas. Ergo neꝗ chriſtiani bene cõueniẽt. niſi vnũ orientis imꝑatorẽ vnanimes. ſiue electione libera. ſiue ſorte poſita ex deo eligant. in quẽ totius orbis oculi cõiectent̃. Hec ſunt beatiſſime pater et chriſtianiſſimi reges ac ſenatus que deus iuſſit vt ſcriberẽ. in quibꝰ ſi quid dictũ eſt quod placeat. ſit ad laudẽ dei de proximo triũphaturi de infidelibus. Si quid vero minus erudite prolatum eſt. vos veſtra innata benignitate veniã concedetis. Uobis vero et futuro imperatori orientis deus ipſe vnionẽ. pacem. et victoriã concedet in euum. Amen.

Ex genua. M. cccc. lxxx. die xxxj. Marcij in ſabbato ſancto completum.

Explicit opus Magiſtri Johannis Nannis de futuris chriſtianorũ triumphis in turchos et ſaracenos. Ad beatiſſimũ pontificẽ maximũ Sixtum quartũ. Et reges. principes. ac ſenatus chriſtianos.

ere
ūt.
oli
oat
rj.
sus
ne-
ami
in
r et
.in
ori-
ore
tis.
onē.

bato

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0095

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0096

Ink A 59
Hain *1123
47 Bl.

omnibus aūt cōtendentibus ad bonū et intendentib⁹ optima agere et cōiter vtiq₃ omniū erunt q̄bus indiget et ꝓpria vnicuiq₃ maxima bonorū. ſiquidem virtus tale eſt. quare bonū q̄dem oportet philautū eſſe. etenī iuuabit bōa agēs et alios iuuabit. malū aūt non oportet. ledet enī et ſeipm et proximos prauis paſſionib⁹ ſequens. Malo quidē igit diſſonāt que oportet agere et que agit. Omnis enī intellectus eligit optimū ſibiipſi. epieikes autē obedit intellectui. verū enī ꝙ de ſtudioſo et amicorū gratia et multa agere et pati. et ſi oporteat mori. proiiciet enī et pecunias et honores ⁊ totaliter circūpugnabilia bōa procurās ſibiipſi bonū. Paucū enī tpūs delectari valde magis eliget vtiq₃ q̄ multū quiete et viuere bene annū q̄ multos annos qualitercūq₃ et vnā actionē bonā et magnā q̄ multas et paruas. Morientib⁹ forte hoc accidit. eligūt vtiq₃ magnū bonū ſibiipſis et pecunias proiiciūt vtiq₃. in quo plura recipiēt amici fiunt enī amico quidē pecunie. ipſi aūt bonū. magis aūt bonū ſibiipſi tribuit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0098

o p2obemij.
udinē fidei opo2tuna ſancte apocha
ſcādaliſenť tempo2e flagelloꝝ ab in
auit deus ad emēdationē bereſum.
o ſecundi tractatus.
oſuerūt ad litterā apochalipſis. pri-
cclesie. a tempo2e ſancti iohānis vſqꝫ
nopolitanā exclusiue.
o queſtionis magne.
us eſt pſeudo p2opbeta maumetb. et
ꝙ oīa que dicunť de antichriſto ve
uidē veriſſime.
do tractatu concluſio xvj. capituli
pſis.
ab obedientia romani pontificis et
da erat vniuerſa eccleſia a pſeudo p2o
rat in arabia. affrica. libia. numidia.
niuerſa aſia.
io xvij. capituli apocbalipſis.
antinopolitanū cum p2ima medietate
pū ab antichriſto maumetbo ſub ſeptē
bellionē a romana eccleſia ⁊ bereſes.
io xviij. capituli apocbalipſis.
ecclesia non ſubiecta petro per flagel
ituet a ſancto romano pontifice impe
annus qui mari et terra exercitu o2di-
antinopolim et aſiam mino2em ⁊ vſqꝫ

ſio xix. capituli apocbalipſis.
niuerſali triūpbo pontifex ⁊ imperato2
es eccleſias ſciſmaticas. et reueniet cū
arū agni. et ꝙ inuadēt oēs chriſtiani.



UNIV. U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Ink A 59
FÜRSTLICH STOLBERG. BIBLIOTHEK
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-57901/fragment/page=0099